


JOHANNIS GUILIELMI WÜNSCHII
TRACTATIO
DE
ACTIS JUDI-
CIALIBUS,

In quâ omnia,
Quæ ad Materiam & Praxin Judiciorum
hodiernam spectant,
continentur.

Cum
INDICIBUS LOCUPLETIORIBUS
Emendatio edita.



WETZLARIÆ,
Typis & Impensis NICOL. LUDOV. WINCKLERI.
ANNO M DCC XXIX.



PRÆFATIO
AD
LECTOREM.


Qui operas suas Lector Benevole ac meditationes de aliqua re in lucem & publicum emittere desiderant, duo potissimum observare debent, Primò, ut id doceant vel scribant, quod vel sibi, vel Lectoribus aut utrique utile esse potest. Alterum ut id elaboratum in Scriptis edant, quod, remotâ inutili ac molestâ prolixitate, paucis multa contineat, ut vel solâ brevitate gratum sit, usuique si non omnibus, plurimis tamen futurum ipsi sciant. Amice Lector, propterea in hac Commentatione exhibetur Epitome Actorum Judicialium, eo animo, quo datur, eo animo citra calumniam legas. Occurrentia Errata, quæ me absente irreperunt, pro Candore Tuo corrigenda relinquo. Quod superest in his Versibus continetur:


Error inest Operi si quis, mea culpa notanda est,

Quæ bona sunt, pro me contulit illa DEUS.

Invide, quæ mea sunt, carpas, impunè licebit.


Dummodo laudetur pars bona & ipse DEUS.





INDEX CAPITUM.

CAPUT I.	D E Etymologia, Homonymia, & Synonymia Actorum.	Pag. 1.
II.	De Definitione & Divisione Actorum.	4.
III.	De Causa efficiente Actorum.	7.
IV.	De Materia Actorum.	13.
V.	De Forma Actorum.	18.
VI.	De Fine Actorum.	23.
VII.	De Effectu Actorum.	27.
VIII.	De Actorum Editione.	28.
IX.	De Actorum Probatione.	41.
X.	De Fide Librorum Judicialium.	46.
XI.	De Actorum Retentione.	49.
XII.	De Affinibus Actorum.	55.
XIII.	De Actorum Rotulatione & Transmissione.	56.
XIV.	De Actorum Revisione.	64.
XV.	De Relatione ex Actis facienda.	66.
XVI.	De Actorum Contrariis.	76.



CAPUT I.

De Etymologia, Homonymia, & Synonymia Actorum.

S U M M A R I A.

- §. I. 1. Etymologia cognitio quare necessaria. 2. Vocula Acta ab Ago derivatur. 3. Verbum Ago à Græco ἀγω, duco &c. descendit. 4. Agere quid in genere significet. 5. Acta Publica quomodo antiquitus confecta. 6. Acta à Gestis & Factis quomodo differant. 7. Vox Judicialis unde derivetur, quare hic addatur.
- §. II. 1. Homonymia explanatio necessaria. 2. Acta Generalissimè, Generaliter & Specialiter sumuntur. 3. Vox Judicialis quid latè, & quid strictè significet.
- §. III. 1. Acta etiam Gesta, Commentaria &c. vocantur. 2. Acta Græcè ἑπισημύματα, Gallicè Registra. 3. Unde Rabula Registra efflarunt. 4. Judicialis, coram Actis apud Acta Synonyma sunt.

§. I.



Ractationis hujus initium facimus meritò ab Etymologia, utpote, quâ cognitâ, non facilè quis potest decipi. Sunt enim nomina rerum notæ, & voces velut putamen, quo non fracto, ad nucleum non pervenitur.

Descendit autem Vocula *Acta* à primitivo verbo *Ago*, quod, ceu Pueris etiam notum est, in Supino habet Actum, unde Acta. Ago autem Natales suos debet Græco verbo ἀγω, quod est duco, ago, afferò, Vossius in *Lexic. Etymologic. verb. Ago*. Martin. in *Lexic. Philolog. hoc vocabulo*. Agere autem in genere est quodlibet humanum factum expedire, sive fiat operando, sive consilio & facto ipso, sive volutando, sive impellendo, sive consentiendo, & quolibet alio modo, Calvin. in *Lexic. sub vocab. Actum*. Gœdderus ad l. 19. ff. de verbor. significat. num. 8. quo loco hos versus Martialis, majoris perspicuitatis ergò, citat:

*Semper agis causas, & res agis, Attale, semper
Est, non est, quod agis, Attale, semper agis.
Si res & causa defunt, agis Attale, mulas,
Attale, ne quid agas desit, agas animam.*

Vel ut allegata l. 19. habet: sive re, sive verbis, quid agatur, actum dicitur, Vernacula Lingua, etwas schaffen / fürhaben / thun / vornehmen / handeln / unde Acta nostra Gerichts-Händel appellari possunt, quod in

5. **Judicio agantur, & Literis mandentur.** Hic ex Antiquitate notamus, Acta publica, hodiè in chartam conjici sueta, olim in Mappis (Linteis) exarata fuisse, de quibus Livius 1. Decad. lib. 4. ita: Prætermissa nomina Consulium horum Licinius Macer Author est, & in foedere Ardeatino & in Linteis Libris ad Monetæ inventa & quæcunque ludicra, Sidon. Apollinar. lib. 9. Epist. 16.

Præter Herodis, joca multa, multis texui Pannos eleges.

Referente Rosino de Antiquitat. Roman. lib. 3. cap. 24. col. 2. lit. a. ubi ex C. Plinio lib. 3. cap. 11. ita pergit: In Palmarium foliis primo scriptitatum, deinde quarundam Arborum Liberis, postea publica Monumenta Plumbeis Voluminibus mox & privata Linteis confici coepta, aut Cæreis.

6. **Quomodo Acta à Gestis & Factis subtiliter discernantur, non est propriè hujus loci, videsis Goedd. ad citat. l. 19. num. 9. & l. 58. ff. de verbor. significat. item Vossius loc. allegat. qui hanc differentiam tradiderunt.**

7. **Vocabulo Acta addidimus Epitheton Judicialia, quæ dictio originis suas debet verbo Judicium, Judicium verò à Judice, is verò à Jure dicendus est, ad ostendendum nos de Actis in Judicio vel coram Judice factis hic tractare, per quod excludimus Acta Comitii, Concilii, Circulorum & similia hujus generis ad censum nostrum non pertinentia.**

1. **§. II. Considerata Etymologia, transgredimur ad Homonymiam, quæ recenset alicujus vocabuli ambiguitates, & sine laboris frustratione omitti non debet: Nam ut Galenus lib. 1. de Methodo cap. 15. citato Beomanno in Manuduct. ad Latin. Lingu. pag. m. 70. vult: Perinde esse sine distinctione vocis, ad rei contemplationem venire, ac velle tempus perdere.**

2. **Est autem vocis Actorum acceptio multiplex: (1.) Generalissima, & tunc qualibet facta sive re, sive verbis quid agatur, sive corpore, sive animo, sive committendo, sive omittendo, de qua significatione supra citat. l. 19. ff. de verbor. significat. Ad quam significationem etiam referri possunt ea, quæ quocunque modo, sive in sago, sive togâ gesta sunt, qualis tamen propriè ad Historiographos, qui talia in Annales referunt, pertinet, Germanicè Geschichte/ ut sunt Acta vel in toto Mundo, Cosmo-**

graphia vocata, vel in certa ejus parte, ut in Germania, Græcia, Polonia, vel de Personis singularibus, v. gr. Alexandri Magni, Julii Cæsaris, vel alicujus Collegii, ut Acta Apostolorum.

(2.) *Generalis*, & tunc Acta sumuntur pro Libris ac Tabulis Republicæ vel Civitatis, Leges, Statuta, aut alia ejusdem Negotia comprehendentibus.

(3.) *Specialis*, & tunc iterum vel *laxa*, & hoc modo est omne id, quod apud Judicem ad causam sive publicam, sive privatam pertinentem, gestam, ejusque autoritate Literis mandatum est; Huc referuntur Libri Publici, quales sunt Handels-Bücher / Protocoll &c. vel *pressa*, & sunt Scripturæ super gestis maximè Litigantium, coram Judice, in Judicio, & à Scriba deputato consignatæ, Stypmann. de Referendar. cap. 5. num. 16.

Vocula *Judicialis* etiam diversimodè usurpari solet: (1.) *Latè & improprie*, quod fit extra Judicium, autoritate Judicis, Dn. Lyncker de Grammat. extrajudicial. cap. 7. part. 2. §. 25. num. 22. v. gr. Assessores & Actuarium Judicii ad certum Actum ablegantis &c. (2.) Quando Judex quidem aliquid in loco Judicii expedit, sed sine causæ cognitione, parte una aut altera absente. (3.) *Strictè & proprie*, quod fit à Judice in loco Judicii cum causæ cognitione sive cognitionaliter, id est Partibus præsentibus & auditis, Dn. Struv. in Syntagm. Jur. Civil. Exercitat. 40. thes. 15. pag. m. 50.

§. III. Superest *Synonymia*. Acta enim alio nomine appellantur 1- *Gesta, Literarum Suppositiones, Commentarii vel Commentaria*, Calvin. in Lexic. hoc vocab. Monumentorum accessiones, l. fin. Cod. de donat. mort. caus. & l. fin. Cod. de re judicat. Hinc sub Actorum testificatione, sub fide gestorum, sub ipso Judice, l. 12. §. 4. & 5. Cod. de reb. credit. Bornitius de fide Instrumentor. lib. 1. pag. 8. Græcè ὑπομνήματα vocantur, Vossius in Lexic. Etymologic. sub vocab. Ago. Galli Regesta nominant, quasi re gestâ, Calvin. in Lexic. vocab. Acta. ubi addit Pragmaticos & Fori Rabulas malè Registra efflare.

Verbo *Judicialis* æquipollet apud Acta, coram Actis, Hahn. ad Wesenbec. Paratitl. Pandectar. de adendo. coram Tribunali, Stypmann. de Referendar. cap. 5. num. 45. 46. & seqq. in Jure, seu loco, quo Jus dicitur, idem num. 45.

CAPUT II.

De Definitione & Divisione Actorum.

S U M M A R I A.

- §. I. Definitio Actorum, Maranta, Baldi, Hahnii, Althufii, Nostra.
- §. II. Actorum Divisio. (1.) Acta alia sunt voluntaria, alia contentiosa Jurisdictionis. Acta contentiosa Jurisdictionis vel sunt Ordinatoria Judicii, vel Acta Causa. Acta Causa iterum sunt vel Probatoria, vel Decisoria. Citatio, Libelli Oblatio &c. hodie sunt de essentia Actorum. (2.) Acta alia sunt prima, alia secunda, alia ulterioris Instantiae. Instantia quid sit, ibid. Lenteratio an peculiarem Instantiam constituat? ibid. (3.) Acta, alia Originalia, alia Copialia. (4.) Alia publica, alia privata. (5.) Acta porro sunt vel publicata vel non publicata. (6.) Civilia vel Criminalia. Appellationis beneficium etiam in Processu Criminali ordinario obtinet. Causa Criminalis, quomodo Jure Civili, & quomodo Jure Saxonico accipiatur.

§. I.

Cum nemo melius rem noscere videatur, quam qui, quid ea sit, breviter & aptè explicare potest, ut ex Rudolpho Agricola Everhard. in Loc. Legal. loc. 3. pag. m. 127. tradit, ideoque non immeritò de ea, vel potius aliquali descriptione, solliciti sumus; Maranta de Ordin. Judiciar. part. 6. num. 1. pag. m. 486. Acta ita describit: quòd sint omnes Scripturæ in Judicio factæ coram Judice & scriptæ manu Officialis seu Tabellionis ad hoc deputati, Bald. in Authent. Qua Supplicatio. Cod. de precibus Imperatoris offerendis. dicuntur omnes Scripturæ Notarii Actorum, jussu Judicis conscriptæ, Hahn. in Observat. Theoret. Pract. ad Wesenbec. ff. tit. de edendo. part. 1. pag. m. 224. Dicuntur Scripturæ illarum rerum, quæ apud Judicem aguntur, Althuf. in Dicaolog. lib. 3. cap. 41. num. 21. Sunt omne id, quod factum est in Judicio, vel in qualiquali figura Judicii, in præsentia Judicis & manu Tabellionis ad hoc constituti, jussu Judicis conscriptum.

Nostro palato hæc arridet: Acta sunt Scriptura (vel, si mavis, Instrumenta) jussu Judicis ab Actuario de Causis Civilibus & Criminalibus, Memoria & Probationis ergò, solenni modo confecta.

Verba: Jussu Judicis ab Actuario confecta, indicant causam efficientem.

Verba: De Causis Civilibus & Criminalibus, materiam demonstrant, ubi simul differentia à Libris & Literis, ut sunt Raths - Straf - Saal - und Steuer - Bücher / Privilegiis, Stet - und Bezweg - Briefen / patet.

Voces:

Voces: Solenni modo, significant causam formalem. Plura enim ut ex sequentibus innotescet, ad Formam requiruntur, de quibus suo loco.

Dicta: Memoria & Probationis ergò, causam finalem ostendunt.

De unaquaque harum Causarum peculiari capite agere lubido est, prout ex subsequentibus apparebit.

§. II. Quoniam ea, quæ divisim traduntur, sunt magis clara & facilioris capacitatis, ut loquitur Schneidewin. ad §. fuerat antea. 29. Institut. de Action. num. 1. De castris Definitionis ad rostra Divisionis rectè progredimur.

Variè autem Acta Judicialia dividuntur, & quidem (1.) in Acta voluntariæ & contentiosæ Jurisdictionis.

Hæc sunt, quæ coram Judice competente, præviâ causæ cognitione ordinariâ, peraguntur, & respiciunt propriè Processum Juris, Stypmann. de Referendar. cap. 5. num. 12. sicut & huc referuntur Causæ Criminales, quæ omnes sunt contentiosæ Jurisdictionis, Philippi in Ordinat. Process. Judiciar. tit. 2. considerat. 7. num. 7. pag. m. 61.

Illa vocantur, quæ absque ordinaria cognitione, aliquali tamen, coram Judice quovis fiunt, & quidem inter volentes, ut sunt Adoptio, & eidem maximè similis Unio Prolium, Ein - Rindschafft / Emancipatio, Manumissio, Donatio, Testamenti factio, Stypmann. cap. allegat. Wolfgang. Adam. Lauterbach. Dissertat. de Voluntar. Jurisdiction. thes. 7. Philippi ad citat. Ordinat. Process. Judiciar. loc. allegat. pag. m. 60. ubi plures enumerant Causas ad voluntariam Jurisdictionem spectantes.

Acta contentiosæ Jurisdictionis subdividuntur in Ordinatoria Judicii, & Acta Causæ, & hæc iterum in Probatoria sive Instructoria, & Decisoria.

Acta Ordinatoria Judicii vocant, quæ litem præparant, v. gr. Citatio, Libelli Oblatio, Satisfactio, Litis contestatio: Hæc de Actis esse negavit Baldus & Alexand. ad Bartol. in l. 45. §. 5. ff. de Jure Fisci. quod olim verum fuit, quoniam Judicium à Litis contestatione demum incipiebat, de hodierno autem Jure secus est, quo dicitur inchoari, quamprimum pro Processibus supplicatur, Stypmann. de Referendar. cap. 5. num. 60. & 61.

Acta Causæ nominant, quæ tendunt ad veritatis indaginem, ut sunt Attestationes, Confessiones, Instrumenta &c. quæ Probatoria vocantur.

Inter Acta Decisoria refertur Sententia.

(2.) In Acta primæ & secundæ vel etiam ulterioris Instantiæ. (Est autem, ut obiter dicam, Instantia secundum Hering. de Fidejussoribus.

cap. 10. num. 2. exercitium causæ à Litis contestatione usque ad Sententiam: vel ut mavult Carpov. in Process. Jur. tit. 4. artic. 1. num. 28. acris & assidua flagitatio apud Judicem, pag. m. 117.)

Acta primæ Instantiæ sunt, quæ coram Judice à quo, sive inferiore.

Acta secundæ Instantiæ, quæ coram Judice ad quem, sive superiore, sunt scripta. Addidi: vel etiam ulterioris Instantiæ, quia quando Judex est intermedius sive subalternus, Appellatio non rectè fit ad superiorem, sed gradatim ad subalternum, aliàs Appellatio non tenet.

Quo in casu tres Instantiæ (juxta præcedentem descriptionem) emergunt.

Hinc parum accuratè loquuntur illi, qui Leuterationem in Foro Saxonico receptam, etiam Instantiam (Leuterungs-Instanz) vocant, quia Leuterationis beneficium non habet effectum devolutivum, sed ventilatur coram eodem Judice, qui Sententiam, à qua Leuteratio interposita est, tulit, & sic non est novæ Instantiæ inchoatio, sed prioris continuatio, Bechmann. ad Pandect. tom. 2. part. 2. Exercitat. 12. §. 26. num. 38. pag. m. 300. Carpov. in Process. Jur. tit. 4. artic. 1. num. 26. & 27. allegando Ordinat. Appellat. tit. von der Supplication und Revision, in verb. Eintemal in unsern Landen &c.

3. (3.) In Acta Originalia sive Authentica, & Copialia, quæ & Exempla vocantur. Acta Originalia sunt, quæ in Judicio sunt confecta, vel illis à Litigantibus, ut fiant pars illorum, inserta.

Copialia, quæ ex his sunt descripta, à quocunque hoc factum fuerit.

4. (4.) In Acta publica & privata.

Acta publica dicuntur, quæ conscripta sunt in Loco publico, & à Persona publica, videlicet Actuario in formam publicam redacta.

Acta privata, quæ Advocatus vel Pars sibi, proprii usus causa, collegit.

5. (5.) In Acta publicata, & non-publicata.

Acta publicata dicuntur, quæ Litigantibus omni tempore patent.

Non publicata vocantur, quæ certas ob causas in secreto asservantur, nec ante publicationem communicari solent, ut fit in Testium Attestationibus, Rescriptis & Sententiis super Actis petitis, & aliis Casibus pluribus.

6. (6.) In Acta Civilia & Criminalia, ad quam divisionem, in l. 2. Cod. de edendo. fundaram, omnes præcedentes referri possunt; nam etiam in Processu Criminali ordinario, qui fit per remedium Accusationis, beneficium Appellationis obtinet.

Acta

Acta Civilia dicuntur, quæ de Causis Civilibus, (Bürgerlichen Sachen / sive sint voluntariæ, sive contentiosæ Jurisdictionis) confecta sunt. Dicitur autem causa Civilis, quando agitur ad commodum privatum, sive causa descendat ex Delicto sive ex Contractu, Carpov. Prax. Criminal. part. 3. quest. 101. num. 27.

Acta Criminalia sunt, quæ Causas Criminales (Peinliche Sachen) concernunt; Vox Criminalis in generali significatione accepta, denotat omnia Judicia omnesque Causas, quæ circa Delicta seu Crimina agitari solent, quatenus nimirum de cognitione Criminum agitur, ut nomen ipsum innuit.

In Foro Civili propriè Criminalis Causa dicitur, in qua agitur ad commodum publicum, sive sit imponenda Poena Corporalis ad publicam vindictam, sive sit ex delicto imponenda Poena Pecuniaria, quæ venit applicanda Fisco, Befold. Dissertat. de Modo Referendi, Cap. de Relat. in Caus. Criminal. faciend. §. 1. In Foro Saxonico propriè Causa Criminalis dicitur, quæ Corporis afflictiva est, die Leibes- und Lebens-Straf auf sich trägt / sive, (ut loquitur Saxo) da die Klag zu Haut und Haar gehet / Carpov. citat. part. 3. quest. 101. num. 26. 27. & 38. ubi hanc assertionem sequenti præjudicio Scabinorum Lipsiensium firmat: Seyn in eures Junckern Gerichten die Unterthanen allein in Peinlichen Sachen die Unkosten zu tragen schuldig / so werden dadurch / Inhalts Sächsischer Rechten / diejenige Sachen verstanden / so zu Peinlicher Bestrafung / als Leibes- und Lebens-Straffen gereichen / die Bürgerliche Straffen aber / als da seyn Landes-Verweisung / Gefängniß / oder Geld-Straffen / mögen darunter nicht gezogen noch unter die Peinliche Sachen mit verstanden werden. B. N. B.

CAPUT III.

De Causa efficiente Actorum.

S U M M A R I A.

- §. I. 1. Causa efficiens Actorum primaria sunt Partes litigantes, secundaria Judex & Actuarius. 2. Actuarius non licet pro lubitu Acta conscribere.
- §. II. 1. Acta necessariò duas Personas, Judicem scilicet & Actuarium ad sui validitatem requirunt. 2. Sine Actuario in Judicialibus nec Judici soli creditur. 3. Actuarius an necessariò debeat esse creatus Notarius. 4. Notarius creare est de Regalibus Majoribus. 5. An Acta à solo Judice consignata subsistant? 6. An

6. An Acta ab extraneo conscribi possint? 7. Assessoris Persona respectu Actuarii quodammodo privata est.

§. I.

1. **C**AUSA efficiens Actorum tam Civilium, quam Criminalium primaria sunt homines in Foro disceptantes & delinquentes. Secundaria Judex & Actuarius conjunctim: ille enim jubet scribere, hic scribit, Churfürstl. Sächsische Neue Gerichts-Ordnung tit. 2. §. Als versehen Wir Uns auch ic. in verb. Und durch ihn jedesmal in Beyseyn der Gerichts-Personen / denen Acten und Gerichts-Büchern dasjenige einverleiben / registriren und schreiben lassen. Nam fas non est Actuario pro lubitu Acta conscribere, sed iustus Judicis aut presentia illius requiritur. Et quamvis interdum sine expresso Mandato Judicis quædam, ut Insinuationes Libellorum, Relationes Nunciorum & similia, non parvi ponderis Actis inserat, præsumitur tamen in his iustum Judicis præcessisse.

1. §. II. Ex quo elicitur, ad validitatem Actorum duas necessario requiri Personas, unam Judicis, coram quo Acta fieri, cujusque ad Mandatum scribi debent, Berlich. part. 1. conclus. 8. num. 22. 23. alteram Notarii, à quo scribi debent, Paul. de Castro in l. Acta. 45. num. 2. ff. de re judicat. alias ob defectum Notarii Acta vitium Nullitatis incurrunt, & jure haud subsistunt, Carpzov. Decif. 201. num. 15. & in Process. Fur. tit. 2. artic. 4. num. 41. Philippi in Observat. ad Decif. Elector. Saxon. 38. observat. 2. num. 24. & in Considerat. Jurid. ad Nov. Ordinat. Judiciar. tit. 2. considerat. 2. num. 5. pag. m. 45. ubi sequens præjudicium Scabinorum Lipsiensium adjicit: Dieweil aber dennoch aus eurem Gerichts-Protocoll nicht erscheinet / daß bey Summarischer Verhör ein geschworneer Gerichts-Actuarius zugegen gewesen / und also nulliter verfahren ic. Imò inquit Mollenbeck. de Division. Jurid. centur. 1. divis. 74. num. 3. pag. m. 155. Officii Actuarii tanta necessitas est, ut absque eo, de iis, quæ in Judicio gesta dicuntur, nec Judici, nec alii credatur. Hic Actuarius Judicii secundum quosdam Doctores Excellentissimos debet esse Notarius Publicus creatus, Philippi in Process. Judiciar. Elector. tit. 2. considerat. 6. per tot. pag. m. 55. Berlich. part. 1. conclus. 8. num. 16.

3. Occasione hujus queritur: An nullus possit Officio Actuarii in Judicio fungi, nisi sit Notarius renunciatus? Negamus: Non solum nobis adstipulante Chilian. König. in Process. cap. 91. sub num. 4. his verbis: Dann die Acta und Gerichts-Händel / so die auch gleich durch eine schlechte Person / welche ad Officium Tabellionatus nicht creiret / doch daß die dazu verordnet und verendet ist / ins Gerichts-Buch geschrieben / werden in Rechten als

als für öffentliche Schriften geachtet / so auch dabey keine Zeugen geschriben seynd: Casus est singularis in l. ne in arbitris. 4. Cod. de recept. arbitr. ubi hoc Baldus signanter tenet: hactenus König. Sed etiam Consuetudine harum Regionum notoria assertionem nostram confirmante.

Dubium nihilominus facit (1.) Cap. Quoniam. 11. X. de Probation. ubi Ausoniae Præsul mandat Judici, ut tam in ordinario, quam extraordinario Judicio, aut publicam, si potest habere, Personam extra Notarium, ut bene excussit Berlich. citat. part. 1. conclus. 8. num. 16. aut duos Viros idoneos, qui fideliter universa Judicii Acta conscribant, adhibeat, (2.) quod illa Scriptura saltem dicatur publica, quæ à Notario Publico confecta est, quod prædicatum ei Scripturæ, quam is, qui officio Notarii destitutus est, fecit, attribui nequit. (3.) Die Churfürstl. Sächsische Neue Gerichts-Ordnung tit. 2. §. Als versehen Wir Uns auch ic. in verbis: Sondern auch derselben einen tüchtigen und geschickten Notarium &c. Cujus autoritate fretus Papinianus Saxonicus, Dn. Benedictus Carpzov. in partes affirmantium ire non dubitavit, prout dispalescit ex illius Opere Decision. part. 3. Decif. 221. per rationes ibidem allatas non contemnendas, quas etiam sequenti præjudicio Celeberrimi Scabinatus Lipsiensis num. 27. citatæ Decisionis posito, stabilire libuit, quod hujus Tenoris: Habt ihr einen bekandten und berühmten Advocaten zu einem Gerichts-Verwalter bestättiget / und in Beyseyn der Unterthanen zu den Gerichten schwören lassen: Es will aber anjezo einer wider ihn excipiren / daß / weil er kein Notarius, das Gericht durch ihn nicht verwaltet werden könne. Ob nun wohl bemeldter Advocat, eurem Andeuten nach / der Sachen kundig / und zu diesem Werck satzsam geschickt / dieweil er aber dennoch kein Notarius, noch jemals von Kayserlicher Majestät dazu creiret worden / die Churfürstl. Sächsische Gerichts-Ordnung aber insonderheit eines verendeten Notarii zu Bestellung der Gerichte erfordert; So mag euer Gerichts-Verwalter beständiger Weise denen Gerichten nicht beywohnen / noch dasjenige / was von ihm gehandelt wird / zu Recht bestehen / B. N. W.

Sed Resp. ad (1.) Capitulo allegato per Consuetudinem generalem esse derogatum, ita, ut quamvis Scriba seu Actuarius non sit Notarius creatus, nihilominus Acta ab illo conscripta plenam fidem & publicam autoritatem habeant, licet illæ Scripturæ propriè loquendo non sint publicæ, Sichard. ad l. comparationes literarum. 20. Cod. de fide Instrumentor. num. 3. Unde pergit ille dict. loc. Hoc esse notandum pro Consuetudine Germaniæ, ubi in Judiciis vel Consistoriis sæpè sunt Scribæ, qui non sunt Publici Notarii, vid. Marant. Specul. Aur. part. 6. num. 25. pag. m. 429.

Ad (2.) Et si ejusmodi Scriptura non appelletur publica, eundem tamen cum ea effectum habet propter naturam surrogationis & approbationem Judicis; nam si Consensus Partium privatarum efficere potest, ut credatur Copiæ, cui aliàs non crederetur, Foller. *ad Murant. citat. pag. 429.* cur non potius Judici, tanquam publicæ Personæ integrum esset, in Actuarium recipere personam privatam, & ejus Scriptis auctoritatem publicam tribuere, argumento sumpto à minori ad majus, quod in Jure fortissimum, Everhard. *in Loc. Legal. loc. 15. in princ.*

Tertia objectio jugulum causæ non petit: nam citatus §. in nuperimè editis *Decisum. Electoral.* (die Erledigung der Landes-Gebrechen genennt) per *Decis. 38. §.* So wollen Wir ic. & in *Resolut. Gravamin. tit. Von Justitien-Sachen ic. §. 32. in verb.* Ingleichen sollen zum Zwey und Dreyßigsten in allen Memtern und Städten geschickte und fleißige Actuarii, wann sie gleich nicht Notarii seyn / angenommen werden; ita à Serenissimo Saxone declaratus & elucidatus est, ut is non simpliciter de creato Notario sed de legali ac idoneo Judici Actuario accipi debeat, cujus Acta valida & firma esse jubentur.

Quæ tamen *Decis. 38.* restricta saltem est ad Causas Civiles; quando autem Criminales in Judicio tractandæ veniunt, tunc Actuarius aut debet esse Notarius Publicus creatus, aut, si hâc qualitate caret, Notarius Publicus ei adjungi, ut clara verba Decisionis evincunt, quæ ita sonant: Jedoch ist solches allein von Bürgerlichen oder Civil-Sachen zu verstehen / dann in Peinlichen Fällen verbleibet es dieses Punkti halber bey Kayser Carl des Fünfften Peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung / und daß dem Actuario jurato, wann er nicht selbst ein Notarius ist / annoch ein öffentlicher Notarius zugeordnet / oder der ad hunc Actum requirirte Notarius zu den Alten vereydet werde / billich ic. aliàs Processus in fumum abibit.

Ulterius instas: Sed videtur quod privati præsumant creare Tabellionem, quibus tamen hæc potestas minimè, sed Sacræ Cæsareæ Majestati, aut cui hæc illam concessit, videlicet Comitibus Palatinis, competit. Siquidem Notarios creare, est de Regalibus & quidem majoribus, Wesenbec. *in Paratitl. Pandect. de fide Instrumentor. num. 3.* Dn. Joh. Heint. Stammler *de Reservat. Imperator. Romano-German. §. 56. num. 8.* At in promptu responsio est, Judicem per hoc non creare Notarium & sibi Regalia vindicare, sed solummodò dare fidem uni Viro privato, quod etiam Partibus sive privatis Personis integrum est, Maranta *in Specul. Aur. citat. loc. num. 28.* ubi unum atque alterum Exemplum, pro majori intelligentia subjicit.

Pate-

Patefcit ex fronte hujus Capituli, quòd ad validitatem Actorum requiratur, ut fiant in præsentia Actuarii & Judicis conjunctim; Quæstio jam oritur: *An Acta à Judice solo scripta subsistant?* Negativam amplectimur, quam hisce suffulcimus rationibus. Quoniam, quis duplici munere (intellige incompatibili, ut hic Judicis & Actuarii) fungi non potest, nec eodem tempore duorum sustinere personam.

(2.) Acta scribi debent de Mandato Judicis, ut sæpè dictum est; Nemo autem sibi ipsi potest committere, cum Committentis & Commissarii separata debeat esse persona, Berlich. *part. 1. conclus. 8. num. 48.* secus si fieret, officia distincta confunderentur, quod tamen minimè fieri debet, idem *decis. 26. num. 1. & 2.*

(3.) Suprà adstruximus, ut Acta Judicialia fidem faciant, duas Personas, Judicem scilicet & Actuarium intervenire debere, Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 65. num. 61.* Ergò deficiente unâ, Acta minimè fidem merebuntur.

(4.) Accedit, quod Judex de Actis fideliter conscribendis & dirigendis nullum Juramentum, quo tamen Actuarii in principio Officii necessariò obstringuntur, Churfürstl. Sächsische Neue Gerichts-Ordnung *tit. 2. §.* Also versehen Wir Uns ic. *in verbis:* Denselben sonderlich dazu vereyden ic. præstiterit. Idcirco Acta illius modici vel etiam nullius erunt fidei. Ut proinde Scabini Lipsienses versus Reifniq. ad consultationem P. N. 1652. rectè pronunciarint: *Registraturam à Consule vel Judice factam, vim plena probationis non habere, nisi ea Juramento confirmetur:* Dn. Schilter. *in Dissertat. de Secretar. cap. 2.* Excipimus tamen cum Paciano *citat. loc.* Consuetudinem, ita, ut eâ in loco aliquo vigente, Judex Officio suo & Actuarii simul fungi possit, Consuetudo enim validum efficere potest illud, quod aliàs erat nullum, quippe quæ planè tollit Jus positivum, Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 36. num. 95.*

Quam assertionem etiam tuetur dilutis contrariis Philippi *in Observat. ad Decis. nov. Electoral. decis. 45. observat. 2. num. 11. pag. m. 799.* & ad *Ordinat. Judiciar. Elector. Saxon. tit. 2. considerat. 3. per tot. num. 6.* ita dicens: His in Regionibus non rarò accidere videmus, ut & ipse Consul simul etiam Actuarii Munere fungatur, Exempla habemus, Torgæ, Bornæ, & aliis Provincialibus Urbibus.

Distinctionis foedere hanc controversiam conciliavit Serenissimus Octovir Saxonæ *in novissimè editis Decisionibus decis. 39. pag. m. 419.* ita, ut Jurisdictione munitus der Gerichts-Herr (qui casus præcedenti simillimus) possit, adhibitis Scabinis suis juratis, certos Actus Jurisdictionales, v. gr. *Contractus Emptionum Venditionum, Mutui, Divisiones Hereditatum, Donationes Tu-*

torum & Curatorum, Transactiones, & hisce similes in Contradictorio haud subsistentes, aut ipsum Dominum Jurisdictionis attinentes, solus expedire, coram eo autem sic gesta, vel manu propria Protocollo inferere, vel, si per Tertium hoc fecerit, Subscriptionem suam corroborare debet; Excipere tamen Celsissimus Constituens voluit Donationes Judiciales, ultimas Voluntates, & alios casus de numero Jurisdictionis contentiosæ nec non ad Processum aspirantes, ea omnia per Judicii Actuarium juratum fieri præcipiendo.

6. Obiurgabimus hoc Caput hæc Quæstione huc spectante: *Acta an ab Extraneo scribi possint?* Hæc quæstio rectè à Paciano de Probation. lib. 1. cap. 65. num. 22. 39. 40. & 41. Rosbach. in Process. Civil. tit. 8. num. 5. negatur. Officio siquidem Actuarii incumbit, propriâ manu in Judicio gesta scribere, Librisque Judicialibus inferere, Churfürstl. Sächs. Neue Gerichts-Ordnung tit. 2. §. 1. verb. Und nicht gestatten / daß ohne Unterschied einer und der ander von ihren Dienern / die dazu nicht bestellet / noch geschworen / auch nachmals derer Dinge keinen Verstand haben / eines und das andere zu registriren und einzzeichnen sich unterstehen mögen; & quidem ob vitiosos effectus, qui ex hæc extraneâ Consignatione oriri solent, de quibus jam laudata Nov. Ordinat. Judicial. citat. tit. & §. sequenti addit: Dadurch dann zum öfftern nicht allein allerhand Disputat circa validitatem Actorum, sondern auch wohl offenbare Nullitäten zu entstehen / und ganze Acta und Gerichts-Bücher / zu des Gerichts-Herrn eigenem Schimpff / und der Unterthanen grossen Beschwerde / pflegen angefochten und verdächtigt gemacht / oder auch wohl ganz invalidiret zu werden. Carpzov. part. 2. decis. 148. num. 23. Ergò illud per alium expedire nequit, etiamsi sit Assessor Judicii, Assessoris enim Persona ab Actuarii Personâ prorsus est separata, & respectu hujus Officii quodammodo privata, quod autem publicâ autoritate conceditur, temerè autoritate privatâ usurpatur, Berlich. part. 1. conclus. 8. num. 45. & 46. Ratio hujus assertionis est, quoniam personæ industria electa est: & tota substantia Actorum in Persona Actuarii subsistit, Felin. in Cap. Quoniam. 11. X. de Probation. num. 43. verb. Nam quia industria &c. Philippi ad Nov. Process. Judicial. tit. 2. considerat. 2. num. 12. pag. 47. utpote formam publicam & autoritatem imò solennissimam fidem ab eo accipientem, idem Philippi ad Decis. Nov. Electoral. Saxon. decis. 38. observat. 2. num. 15. & 33. alioqui illa nullam merebuntur fidem, Berlich. citat. conclus. 8. num. 42. & seqq.

Si tamen propter Absentiam, Morbum, vel aliam justam causam, Actuarius suo Officio satisfacere nequeat, Substitutus, cum consensu tamen & approbatione Judicis, admittitur, Berlich. part. 1. conclus. 8. num.

num. 44. Philippi ad Nov. Process. Judicial. tit. 2. considerat. 2. num. 12. Ratio, quia tunc casus necessitatis se exserit, qui Legem non habet, sed sibi ipsi Lex est.

Minimè ergò permissum erit Actuario, ut Extranei operâ v. gr. Amanuensi in conscribendis Actis utatur? Utrique, in quibusdam casibus, ut quando integra Instrumenta Contractus vel Testamenta Actis & Registris publicis sunt inferenda, tunc propter multiplicatam negotiorum ea rectè per Amanuensem vel alium Scribam facere potest, Berlich. part. 1. conclus. 8. num. 47. Dummodò is initium faciat & se subscribat, quæ duo conjunctim hodiè vix observari solent. Potest etiam Copias ex Actis seu Libris petitas per Amanuensem extrahere, nec non Positiones Judiciales, die Rechtlichen Gesetze / per illum excipere.

CAPUT IV. De Materia Actorum. S U M M A R I A.

- §. I. 1. *Materia circa quam seu Objectum.* 2. *Actorum sunt Causæ Civiles & Criminales.* 3. *Processus Criminalis Accusatorius cum Civili Ordinario ferè coincidit.* 4. *In Processu Inquisitorio quam constituant Objectum Actorum?*
- §. II. 1. *An Acta etiam in re parva seu modica conscribere necesse sit?* 2. *Modica causa, qua sit & unde estimanda?* 3. *Relatio ex cerebro periculosa est.*
- §. III. 1. *An Instrumenta vel alia Scriptura in Judicio producta sint de Actis, eo ipso, quod sint producta?* 2. *An Instrumentum in Judicio productum penes Acta remanere debeat, ita ut Producent illud repetere non possit?*
- §. IV. 1. *An Sententia sit de Actis?* 2. *Actis semel inserta invitâ alterâ Parte eximi rursus non possunt.* 3. *Judex Scripta quævis oblata & quovis tempore in præjudicium Partis recipere non debet.* 4. *Nec Judici integrum est, Acta, Adversita Causa concernentia post Appellationem recipere.*

§. I.

Materia sive Objectum Actorum sunt Causæ Civiles & Criminales, in Judicio occurrentes. Prioris generis sunt, Contractus, Actiones, ultimas Voluntates, & summam omnia Negotia, tam ad voluntariam, quam contentiosam Jurisdictionem, & Processum cujuscunque Instantiæ pertinentia, quæ (ut partim in Cap. Quoniam. 11. X. de Probation. enumerantur) sunt: Libellus, Citationes, Prorogationes, Recusationes, Legi-

rimationes, Cautiones, Positiones, Exceptiones, Recognitiones, Petitiones, Interrogationes, Responsiones, Confessiones, Testium Depositiones, eorumdem & Instrumentorum Productiones, Attestatorum Publicationes & Disputationes, Rotulationes, Sententiarum Interlocutoria, quam Definitiva, earundem Publicationes, Leutationes & Appellationes, harum Insinuationes, Interpositiones, Introductiones, & Prosecutiones, Justificationes, Ordo, Designatio Temporum atque Personarum, Transactiones, Compromissa, Protestationes, Renunciationes, Juramentorum De- & Relationes, & ad ea Oblationes, earundem Præstationes atque Remissiones, Supplicationes, Collectiones, & quæ sunt alia. Wagner. in Dissertat. inaugural. de Actis publicis thes. 11.

3. Posterioris verò sunt negotia de Criminibus perpetratis, & iis vel in Processu Accusationis vel Inquisitionis ventilatis. In illo nihil occurrit, quod observationem mereatur, cum talis Processus cum Civili
4. Ordinario pari passu ferè ambulet. In hoc, scilicet Processu Inquisitorio, hæ expeditiones Actorum Objecta constituunt; *Fama vehemens, generalis Inquisitio*, quæ fit de corpore delicti tam ratione agentis, quam patientis. In puncto Homicidii & aliorum Criminum facti permanentis inspectio corporis delicti, & ejusdem Sectio, Medici & Chirurgi Attestationes, Captura, Cautio, Salvus Conductus, Articuli Inquisitionales, Inquisitio ad eosdem Responsio, Testium Examen, cum iisdem Confrontatio, Defensiones Inquisiti, Actus Tortura, & Indicia eandem præcedentia, Transmissio Actorum, Sententia, Judicii Criminalis Celebratio, die Segung des Hochnothpeintlichen Halß- Gerichts/ Executio, &c.

1. §. II. Quoniam autem supra asseruimus, omnes Causas in Judicio occurrentes esse Objectum Actorum, non inutiliter quæritur: An Acta etiam in parvâ sive modicâ causâ conscribere necesse sit?
2. Præmittendum autem est modicam causam juxta qualitatem Litigantium & Rei, super quâ litigatur, æstimandam esse, Lanfrancus in *Practica Aurea cap. 8. de Testibus num. 26.* Ayres. ad l. unic. Cod. de error. calculi. num. 102. pag. m. 36. Beust. ad l. admonendi. 31. ff. de jurejurand. pag. 316. Speckhan. centur. 2. quæst. 18. num. 4. item num. 5. ubi opinionem suam Exemplis illustrando ita scribit: Unde si quæstio vertitur inter duos Reges de quingentis Florenis, Causa & Summa respectu illorum erit modica & exigua, si verò eadem vertatur inter duos Cives vel Rusticos, causa dicetur magna. Sic causa ducentorum Ducatorum pauperi erit magna, diviti parva; Unde cum Comitissa Mathilda Ecclesiæ aliquantulum terræ concessisset, quæ tamen in triginta Milliaria Italica extendebatur, causa fuit modica, quoad alium verò pauperem Baronem causa esset magna. Similiter homo tenuis fortunæ servat suum porcellum tanquam oculum, cum è contra dives porcellum non multum curaret; item

item juxta illud vulgare Italicum: *Tanto tene charo el Villano la Vacca, quanto & Marchese la Marcha*: hoc est, Rustico tam est chara sua Vacca, quam Marchioni sua Marchia; hætenus ille. Ex quibus hæud obscure intelligitur, defini certo non posse quæ modica causa dicatur. Ideoque rectius hoc Judicis arbitrio relinquitur cum Menoch. de Arbitrar. Judic. Quæst. lib. 2. centur. 1. cas. 72. num. 10.

Quæstionem nostram formatam quod attinet, ad eam negativè respondet Afm. in *Praxi Judicior. §. 14. cap. 5. num. 10.* Sprenger. tractat. de *Modico cap. 5. num. 51. pag. m. 98. & 168.* Menoch. de *Præsumption. lib. 2. præsumpt. 68. num. 3.* & *Judici ipsi referenti sic vel sic esse rem gestam debere haberi fidem, Sichard. ad l. 1. Cod. de Sentent. ex periculo recitand. num. 36.* Pacian. de *Probation. lib. 1. cap. 65. in Addition. lit. g. Gail. lib. 1. observat. 134. num. 18.* Si enim (scribit ille dict. loc.) Nuncii Relatio fidem facit, cur non æquè Judici credendum in causis brevioribus, maximè si inter personas viles lis agitur. (2.) Evincit hoc assertum causa finalis Actorum, quæ juxta *Cap. Quoniam. 11. X. de Probation.* est, ne falsitas veritati præjudicet, aut iniquitas prævaleat æquitati, quæ in hisce causis, utpote exiguis, à Judice tanquam Viro bono, & pro quo alias semper præsumptio Justitiæ & Veritatis militat, non metuenda. Sicut & aliàs modicum Legibus modicæ curæ est, Sprenger. citat. *Tractat. de Modico cap. 5. parumque & nihil equiparari solent per l. minus. ff. de verbor. significat.* Menoch. citat. *lib. 2. & præsumpt. 68.* distinguere vult, ita, ut Responsio negativa locum inveniat in Ordinatoriis Judicii & Processus, affirmativam autem in Probatoriis ejusdem, add. Aretin. *consil. 164. num. 51. vers. Unde etiam alibi &c.* provocando, & ita eundem respondisse asserendo. Ego nolo Judici vel Actuario suasor esse, ut etiam in vilioribus & levioribus Causis (etiam Civilibus, nedum Criminalibus) Acta planè negligat, sed ad minimum Actoris qualemcunque Implorationem Reique Responsionem, ut & Decretum desuper datum in Scripturam redigat. Nam parvæ Controversiæ, etiam sunt Controversiæ, cum magis & minus non varient Speciem, & æquè ac magnæ ad Officium Judicis pertineant, prout Ziegler. in *Dicaftice conclus. 23. §. 11.* hoc exemplo Appellationis, etiam in minimis causis recipiendo demonstrat, & textibus disertis, *Cap. 11. X. de Appellation. & l. 29. Cod. de Appellation.* evincit, inprimis autem *Novell. 69.* ubi Justinianus perquam eleganter ita loquitur: *Quamvis res, de qua agitur, minima videatur, tamen Justitiæ ratio non ex quantitate, sed ex suis Regulis æstimari debet. Nam quod & aliis vilissimum esse videtur, hoc aliis pretiosissimum est. Et hoc eò magis, si Controversiæ tenuioris fortunæ homines concernant, quibus tantum curæ cordi-* que

que sunt, quantum lites inter opulentiores ventilatæ. Quin quod non rarò accidit, ut ejusmodi causæ leviores ex intervallo per preces ad Curiam Superioris devolvantur, & desuper Relatio Judicis inferioris urgeatur, wird unterthänigster Bericht erfordert. Sed unde tunc illa Actis non conscriptis, desumenda? Si ex cerebro, res periculosa erit, cum facile hypothesis cum suis circumstantiis propter oblivionem inverti, & ita veritas cum conscientia morfu labefactari possit. Si autem planè nulla Transmissio fiat, quid aliud Judex, quàm negligentiam suam & ita propriam turpitudinem prodit & detegit, ob hoc reprehensionem merens, & Partibus ad Interesse obligatus manens.

Consentientes habeo Ziegler. ad Lancellotti Institution. Jur. Canon. tit. de in Jus vocando. §. 1. ibi: Qui universa Acta Judicis conscribant. pag. 725. Socin. de Regul. Jur. regul. 9. Bartol. in l. ne in arbitris. 4. Cod. de recept. arbitr. post hæc scripta visos.

§. III. Non aliena ab hoc loco est hæc quæstio: An Instrumenta & alia Scriptura in Judicio producta, dicantur esse de Actis, eo ipso quod sint producta? Marant. in Specul. Aur. part. 6. pag. m. 424. & seqq. Recensitis aliorum opinionibus, hanc quæstionem tandem per distinctionem dirimit, ita num. 3. scribens: Aut enim aliquis producit Instrumentum in Judicio & non facit illud registrari in Actis, de verbo ad verbum, sed saltem Notarius scribit in Actis: die tali &c. talis produxit unum Instrumentum Procuratoris vel debiti, vel aliud simile, quod incipit sic &c. & finit sic &c. Sed ejus Tenor non apparet extensus in Actis, puta quia producens retinuit Instrumentum penes se, & tunc secundum Innocentium & Baldum, (quos num. 2. citavit.) Sola productio est de Actis & non Tenor Instrumenti ex quo Tenor non reperitur in Actis, & dato quod Notarius fecerit mentionem quod viderit, nec tamen in hoc sibi creditur. Nam si Tenor esset de Actis, faceret publicam fidem, sicuti alia Acta, absque eo, quod Originale producat, quod est falsum. Aut producens Instrumentum facit istud registrari in Actis, vel quia relinquit ipsum Originale authenticum in Actis cum præsentato: sub tali die &c. vel quia fecit ipsum ad exemplum confici autoritate Judicis, & fecit cum ipso collationem institui per Actorum Notarium cum fide sua in calce, quod ipsum comparavit scilicet Exemplum cum Originali, & concordat de verbo ad verbum, & illa Copia comparata relinquitur in Actis, continens totum Tenorem Instrumenti, Originale autem recipitur per producentem, ne fortè aliquo casu perdat, & tunc dico, quod totus Tenor Instrumenti de Actis est, non solum ipsa Productio, adeò quod illa Productio illius Copiæ registratæ & comparatæ faciat dictam Copi-

Copiam habere publicam fidem, absque eo quod producat Originale. Hoc tamen intellige & declara, dummodò talis Registratura sit facta parte præsentate & non contradicente vel parte citata, aliàs nullam fidem faceret talis Copia quamvis comparata. Quod notandum perpetuò, quia rarò hoc advertunt Litigantes & Actorum Notarii, unde Allegationibus Juris posses talem Scripturam destruere, hætenus Maranta citato loco & numero. Eandem Sententiam fovet Bolognetus ad l. 2. Cod. de edendo. citat. Besold. in Thesaur. Pract. pag. m. 544. in princ. cui addo, quod Instrumentum sub forma prædicta productum & Actis insertum, plenam fidem habeat, etiamsi Originale (quod scilicet vel combustione vel alio modo interiit) non appareat, Wagner. in dict. Dissertat. inaugural. de Actis publicis thes. 13. ubi allegat Bartolum in verb. Registratura.

Huc spectat quæstio affinis: An Instrumentum in Judicio productum penes Acta remanere debeat, ita ut Producens id repetere non possit? distinguit Gail. lib. 1. observat. 134. num. 23. & 24. hoc modo: Aut enim Instrumentum exhibitum est speciale, ad causam illam pertinentem in Judicio, & parti petenti non debet restitui, quia Originalia apud Judices remanere debent, ne scilicet falsum fabricari possit. Aut est Generale Instrumentum, etiam ad alias causas pertinens, tunc debet Originale restitui, Copia apud Acta & penes Judicem remanente, ut eo in aliis casibus uti possit. Quæ Copia debet per Notarium Judicii cum Originali conferri, an per omnia concordet, de quo fidem facere debet sua Subscriptione & Attestatione, eo facto, Copia perinde probat atque ipsum Originale.

§. IV. Sententia an sit de Actis, non incongruè hic indagatur? Affirm. cum Bartolo ad l. in fraudem Fisci. 45. §. Neque Instrumenta. 5. in verb. ult. ff. de Jure Fisci. Pacian. de Probation. lib. 1. cap. 65. num. 2. Scrupulum injicit Cap. Quoniam. 11. X. de Probation. ubi omnia Acta Processus enumerantur, & tamen nihil de Sententia ibi dicitur. (2.) L. 2. Cod. ut lite pendente &c. ubi Sententia seu Pronunciatio ab Actis communibus segregatur. Nam ita inquit Legislator Constantinus: Supplicare causam pendente non licet, nisi vel Actorum communium, vel Pronunciationis editio denegetur: Sed respondet Lanfrancus ad oppositum Cap. Quoniam, imò Sententiam in eo Capitulo sub vocabulo Conclusionem, tacitè contineri, post illam non sperantur alia Acta præter Sententiam & Appellationem. Nec obicem ponit altera obiectio, quam laudatus Lanfrancus loco-allegato dupliciter solvit, ommissa priore hæc posterior maximè arridet. Quotiescunque alternativa ponitur inter genus & speciem vel inter totum & partem semper resolvitur in copulam, Everhard.

- in Loc. Legal. loc. 108. num. 11. ut ita textus legendus: nisi vel Actorum communium & Pronunciationis editio denegetur. Vel possunt etiam hæ objectiones ita dilui, ut distinctio fiat inter Acta ordinataria, probatoria, & decisoria, de qua supra Cap. III. dictum. Sententia utique pertinet ad Acta non quidem ordinataria & probatoria Judicii, sed decisoria, per hanc siquidem lis deciditur, Wagner. in dict. Dissertat. inaugural. de Actis publicis thes. 7. Alia distinctione hanc litem componit Stypmann. de Referendar. cap. 5. num. 77. Quibus adhuc addimus, quod sicut ea, quæ Actis semel inserta sunt, invitâ alterâ parte ab iis adimi & reddi non debent, 3. quoniam facta sunt pars eorum, Mevius part. 5. decis. 217. Ita etiam Judex Scripta oblata non indistinctè, nec quovis tempore in præjudicium Partis, recipere debet. Sic Acta recepta usum quempiam habere nequeunt, nisi super iis altera pars audiatur, aliàs inaudito præjudicaretur, & id lis æquâ lance non trutinaretur, Mevius part. 1. decis. 251. num. 6. 4. Neque (quoad posterius membrum) Judici integrum est Acta, Merita Causæ concernentia, post Appellationem recipere; & si hoc fecerit, receptio est pro Attemptato habenda & ita cassanda; ratio quod Appellatio liget manus Judicis à quo, & causam ad superius Judicium transfert, Mevius part. 1. dict. decis. 251. num. 2. & 3.

CAPUT V.

De Forma Actorum.

S U M M A R I A.

- §. I. 1. Forma dat esse rei. 2. Forma Actorum est Scriptura jussu Judicis consignata. 3. Acta an necessariò requirant Scripturam. 4. Acta non aliter quàm per Scripturam probantur. 5. Quod in Actis vel Libris Judicialibus non reperitur, dicitur non factum. 6. Si ea, quæ ad Processum pertinent, in Actis omissa sunt, etiam ipsi Judicis asserenti illa esse oblata non creditur, præsertim in Criminalibus. 7. Jussus Judicis præsumitur ex ejusdem Præsentiæ & Actuarii Constitutione. 8. Acta Judicialia consignanda sunt vel Partibus præsentibus, vel saltem legitime citatis, parte instante tamen præsentem. 9. Locus & Tempus Actis inseri debent. Etiam Hora in iis, quarum Tempus de momento in momentum currit, addenda. Limitatur. Persona quoque exprimenda veniunt in Actis. 10. Manus propria & Subscriptio Actuarii ad validitatem Actorum Judicialium requiruntur. 11. Actorum Folia etiam Numeris certis notanda.

§. II.

- §. II. 1. An Acta etiam extra Locum Judicii fieri possint subsistente eorum validitate. 2. Persona egregia quæ sint? In Publico comparare invita non coguntur. Regulariter Locus Judicii ad Actorum validitatem requiritur, patitur tamen hoc exceptionem. 3. Casus Necessitatis quis sit? Casus Dignitatis iidem. 4. Mulier comparatur Regula Generali.
- §. III. 1. Formula Registraturæ in Causa Civili. Item Criminali. 2. Registraturæ auf ein übergebenes Schreiben.

§. I.

CONVERTIMUS nos ad Actorum Formam, (hæc enim dat esse rei, & dignior est materia, Wesenbec. ad princ. tit. Cod. de Ordine Judicior. num. 1. pag. m. 295.) quam in descriptione supra posita sub voculis: Solenni modo, indigitavimus, & constituimus Scripturam jussu Judicis conscriptam. Diximus (1.) Scripturam, nam sine hæc nec dici, imò nequidem concipi possunt. Hinc quæstio se offert: An Acta necessariò requirant Scripturam? Affirmatur regulariter per Cap. Quoniam. 11. X. de Probation. ibi: Qui fideliter universa Judicii Acta conscribunt &c. consentit Colleg. Argentorat. ad tit. ff. de fide Instrumentor. thes. 7. pag. 1075. Menoch. de adipiscend. retinend. & recuperand. Possession. num. 216. pag. m. 118. (2.) Quia non aliter, quàm per Scripturam probantur, Coler. de Process. Executiv. part. 3. cap. 1. num. 30. quæ autem per Scripturam probantur, ea etiam constare debent, Matth. Wesenbec. ad tit. Cod. de litis contestat. num. 14. Acta quippe sunt de eorum numero, quæ Scripturam requirunt: ut sunt Contractus Feudalis, Emphyteuticus, Ecclesiasticus, Siehard. ad Authent. Sed novo Jure. Cod. si certum petatur. num. 6. item Lex in quo scernitur à Consuetudine, Inventarium, l. ult. Cod. arbitr. Tutel. & similes, quos enumerat Colleg. Argentorat. citat. loc. Hinc illud Polytrilleton Forensè manavit: Quod in Actis vel Libris Judicii non reperitur, dicitur non factum, Mynsing. Respons. 71. num. 14. Petrus Wesenbec. consil. 48. num. 18. Matthæus Eysenbergk in sua Dissertat. Jurid. de Inspectione Oculari, prope finem, ubi de Inspectione Actorum in casibus ibi relatis necessaria optimè differt, Gail. lib. 1. observat. 134. num. 15. quo loco ita scribit: Si in Actis non constat de Libello, Exitu contestatione, & aliis ad Processum pertinentibus, eorum omissione eo ipso sufficienter probata est, adeo ut etiam Judicis asserenti non credatur, nisi constet ex Actis, præsertim in Causis Criminalibus, Oldekop. Observat. Criminali. tit. 4. observat. 2. num. 4. Ergò necesse est Acta conscribi.

(2) Pro Forma Actorum etiam supra requisivimus jussum Judicis, quod tamen de generali jussione exaudiendum, quæ contingit tunc, cum constituitur Actuarius, Berlich. part. 1. conclus. 8. num. 23. qui jussus etiam ex præsentia illius satis colligitur, Churfürstl. Sächsl. Neue Gerichts-

C 2

Ord-

Ordnung tit. 2. in verb. Und durch ihn jedesmal in Beyseyn der Gerichts-Personen denen Acten und Gerichts-Büchern dasjenige einverleiben / registriren und schreiben lassen / was sich nach Gelegenheit des Negotii und Processus eignet und gebühret zc.

8. Hæc duo tamen, ut Acta Judicii sint valida, & plenam fidem faciant, non sufficiunt, sed præterea opus est, ut fiant quoque (3.) Partibus præsentibus, vel absentibus quidem per contumaciam, legaliter tamen citatis, quæ duo paria sunt, aliàs non probant, nec alteri præjudicant, Stypmann. de Referendar. cap. 5. num. 43. & quidem præsentem Parte instante, ut appareat, Judicium non proprio motu, sed ad implorationem Partis processisse, idem citat. num. 44. Judex siquidem minimè suum Officium impertit, nisi imploratus, per vulgat.

9. (4.) Actis quoque inferendus est Locus & Tempus, ut Annus & Dies.

Locus, ubi Negotium gestum fuit, ideò Actis inferendus, ut constet, an in Judicii Loco, an extra eum aliquid peractum, & an tale Negotium propterea subsistere queat, an minùs, cum etiam in casibus certis extra consuetum Judicii Locum Actus Judiciales exerceri valeant, Dn. August. Benedict. Carpzov. in Disputat. de Protocollo thes. 19.

Tempus ea de causa in Actis exprimendum, ut constare queat, quo quodque tempore gestum, an de Nocte, an in Feriis quo tempore Articuli Probatorii, Leuteratio & Appellatio oblata fuerint, Carpzov. citat. thes. 19. aut Creditor pro concedendo Arresto institerit, in hisce Actibus siquidem tempus de momento in momentum currit, cujus idcirco accurata ratio habenda, adeò ut in his etiam Hora Præsentationis consignanda veniat, Benedict. Carpzov. in Process. fur. tit. 17. artic. 3. num. 12. ubi de Leuteratione agens, ita scribit: Eumque in finem Hora ac momentum interpositæ Leuterationis ab Actuario Judicii præcisè in Actis consignari debet, quò postea de ejus validitate satis constare, & judicari possit. Neglecto tamen hoc Judici desuper attestanti fides habetur, vel saltem in dubio pro Leuterationis subsistentia pronunciat.

Personas etiam (5.) tam litigantes quàm judicantes exprimendas esse, vult Carpzov. in dict. Disputat. thes. 19. ut constet, coram quo hoc vel illud actum, an omnes præsentem fuerint, & in hoc vel illud decretum consenserint.

Acta etiam (6.) propria manu Actuarii non Extranei scribenda, de quo requisito cum Cap. III. num. 1. & seqq. latius sit dictum, actum agere nolumus.

Et

Et ut (7.) plenior fides Actorum conscriptorum sit, Actuarius ea Nominis sui Subsignatione corroborare opus habet, Carpzov. dict. Disputat. de Protocollo thes. 19. in fine. Per Subscriptionem enim Contenta Scripturæ, præsertim publicæ, ut hic eo magis approbantur & convalidantur. 10.

Ad Formam etiam Actorum pertinet, ut eorum Folia certis Numeris sint notata, & ligata, Churfürstl. Sächs. Erledigung der Landes-Gebrechen. tit. Von Justitien-Sachen. §. 16. vers. Würde man aber zc. Aus denen Actis, so jedesmal neben denen Berichten wohl geheftet und richtig folliret. & §. 53. Sie solche jedesmal richtig folliret. pag. m. 83. 11.

§. II. Suprà num. 4. dictum est, locum in Actis, an in Judicio, an verò extra illud negotium gestum sit, exprimendum esse; Non itaque inutiliter quæstio moveri potest: An Acta etiam alibi, quàm in loco Judicii fieri possint, ita ut habeantur pro validis? quod affirmare non veremur. Nam Acta intelliguntur esse, ubi aliquid sit autoritate Judicis, quocunque loco, etiam extra Judicium, l. non est omnind. 7. cum l. seq. ff. de manumiss. vindict. Richter. part. 1. decis. 30. num. 20. Edit. veteri. Berlich. part. 3. conclus. 4. num. 11. Wefenbec. in Paratitl. Pandect. de Testament. num. 10. Carpzov. Respons. fur. Elector. lib. 6. tit. 2. respons. 9. num. 3. & part. 2. constitut. 15. definit. 18. Scheffer part. 2. quæst. 2. num. 11. 1.

Ut autem quandoque Actus Judiciales extra Judicium expediantur, causa non una est, præcipuè autem hoc fit, vel ob Necessitatem, vel Persona Dignitatem; quæ causæ fundatæ sunt in l. 15. ff. de jurejurand. verba textus ita sonant: Ad Personas egregias, eosque qui Valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad jurandum. 2.

Casus Necessitatis sunt Morbus, (cujus jam citatus textus mentionem fecit) qui aliquem in publicum prodire non sinit. Hinc quotidie videmus, ab Ægrotis non solum Testamenta condi extra locum Judicii coram Judice, vel Scabinis ad ædes eorum ablegatis, sed etiam alios Actus, ut Recognitiones Documentorum, Johan. Michael Förster. in Dissertat. de Recognitione Scripturar. artic. 6. num. 133. ubi pro confirmatione hujus assertionis sequens præjudicium recitat: Daß N. N. seines Fürwendens ungeacht / das zu N. befindliche Document daselbst für der Obrigkeit / oder einem Notario, welchem solcher Actus, gestalten Sachen nach / committiret und aufgetragen wird / zu recognosciren schuldig / Martin. Richter. in Dissertat. de Ægritudine ejusque Furibus cap. 5. §. 7. propè finem. Actus de Privileg. infirmitat. part. 2. lit. 1. pag. m. 250. Juramentorum receptiones, Richter. citat. Dissertat. dict. cap. 5. §. 7. expediri. Ad quorum classem scilicet Ægrotorum etiam Senes invalidi pertinent, ita ut talismodi Ne- 3.

C 3

gotia

gotia in eorum domibus quoque perficiantur, Carol. Frideric. à Beuff. in *Dissertat. de Juribus ac Privilegiis Senum*, sect. 3. thes. 10. Förster. allegat. *Dissertat. de Recognitione Scripturar. dict. artic. 6. num. 139.* ubi hanc Formulam in hoc casu pronunciandi solitam adjicit: Daß zu beklagter Wittiben wegen ihres hohen Alters / auf derselben Kosten / billich ein *Notarius*, vel etliche Gerichts-Personen / nebenst dem *Actuario* in ihre Behausung abgeordnet werden / vor welchen sie auf vorgehende des Klägers anderweitige Production unserm jüngst gesprochenen Urtheil gebührende Folge zu leisten / und die angegebene *Documenta* zu recognosciren schuldig.

Causa Dignitatis se exerunt in Personis egregiis, Althus. in *Dicolog. lib. 2. cap. 6. num. 22.* ita dicit: quod è grege Plebeiorum exempta sint. Quæ autem illæ sint, Menoch. de *Arbitrar. Judic. Quest. lib. 2. centur. 1. cas. 70.* *Judicis arbitrio relinquit.* Inter illas autem frequenter referri solent *Episcopi, Nobiles, Doctores, Licentiati, honestæ Matronæ & aliæ Personæ*, idem *dict. cas. 70. à num. 4. usque ad finem.* Joh. Ludovic. Bender. in *Tractat. Process. Cam. Imper. method. pag. m. 148.*

Ejusmodi Personæ, quando in *Testimonium* vocantur, aut *Recognitione Scripturæ &c.* ab iis fieri debet, in *Publico* comparere non tenentur, sed ad eorum ædes horum *Actuum expediendorum gratiâ* ablegantur *Scabini cum Actuariis*, & quidem *sumptibus illius*, cujus interest, hunc *Actum* celebrari, Zahn. *tractat. de Mendac. lib. 3. cap. 4. num. 16. & 17. pag. 375.* Menoch. de *Arbitrar. Judic. Quest. lib. 2. centur. 3. cas. 228.* ubi plena manu tractavit à quo in præsentis casu *Expensæ* persolvendæ.

Sed graviter ob stare videtur, quod ut *Acta* dicantur, requiri *Personam Judicis & Locum Judicii*, & *Actus Extrajudiciales* vocari *Facta non Acta*, Stypmann. de *Referendar. cap. 5. num. 53.* Lyncker de *Gravamine Extrajudicial. cap. 7. part. 2. §. 25. num. 7. pag. 649.* *Persona itaque & Locus Judicii ad validitatem eorum concurrere debet*, *Consil. Marpurg. volum. 4. consil. 55. num. 34.* Berlich. *cit. part. 1. conclus. 8. num. 9.*

4. Sed largimur hoc verum esse de *Jure Regulari*, vigore cujus ordinariè *negotia*, præsertim *contentiosæ Jurisdictionis*, in *Loco Judicii* consueto tractari debent. Verùm cum natura ejus sit, *Exceptiones admittere, sive fallere*, juxta hoc *Oweni Distichon* (in quo, propter fallendi peritiam, *Mulierem Regulæ comparat*,) festivum:

Mulier est tanquam Generalis Regula. quare?

In multis fallit Regula, sic Mulier.

Ita & conclusio sive *Regula nostra* posita in memoratis & his similibus casibus *Officium suum perdit & in nihilum redigitur.*

§. III.

§. III. Lubet hic in commodum imperitorum aliquot *Formulas Registraturarum* subjicere, & *Requisita supra enumerata* in succum & sanguinem quasi convertere:

Formula Registratura in Causa Civili.

An dem ordentlichen Gerichts-Tage den 10. Februarii 1679.

Præsent. Dn. Prætor. N. N.

Senior. N. N.

N. N. }
N. N. } Scabin. Erscheinet an üblicher Gerichts-Stelle N. N. und bringet
N. N. } an / daß er N. N. vor zwey Jahren N. N. zu Aufbesserung seines Hauses geliehen hätte / welche er aber alles gültlichen Ermahnens ungeachtet / von ihm nicht wieder erheben könnte / wäre demnach genöthiget worden / Gerichtliche Hülffe zu suchen / mit fleißiger Bitte / es wollen die löblichen Gerichte besagten N. auf einen gewissen Tag vor sich erfordern lassen / ihn in Gegenwart Klägers über sothane Schuld vernehmen / und da er derselben zuversichtlich nicht in Abrede / Gerichtswegen anhalten / daß er ihm das Capital samt den Zinsen und verursachten Unkosten bezahlen müsse. Actum Anno & Die ut supra.

Actuar. Judicii ibid.
N. N.

Dn. Prætor N. N. hat zur Resolution ertheilet: Weil der Gerichte Amt erforderte / seinem billichen Suchen statt zu geben / als solle Beklagter N. N. auf den N. huius vor Gerichte gefordert / beyderseits mit einander über der geklagten Schuld vernommen / und nach Billichkeit entschieden werden.

Actuar. Judicii
N. N.

In Causa Criminali.

Rüge.

Anbracht den 15. Martii 1679.

Erscheinet der geschworne Amts-Richter von N. und rüget / daß verwichene Nacht in der Schencke unterschiedene junge Pürsche gezechet hätten / unter welchen N. N. Dienst-Knechte NN. NN. auch mit gewesen wären: da nun unter dem Zechen ihrer etliche / und zugleich erstbenahmte beyde der Karte gespiellet / wären diese des Wirths Bericht nach / miteinander dahero uneins worden / daß NN. NN. beschuldiget / er hätte den Ecker-Unter-

Untermann / oder wie er sonst genennet wird / Scherwenzel / zurück behalten / und damit das Spiel fälschlich gewonnen / welche Bezüchtigung NN. nicht leiden wollen / sondern NN. einen Hundesvogt gescholten / worauff ihn NN. wieder also geheissen. Von diesen Worten wäre es zum Schlagen kommen / da es sich dann begeben / daß des Schencken Bericht nach / NN. den NN. mit einem gleich auf dem Tisch gelegenen Brod-Messer unter die lincke Brust also gestochen / daß NN. darüber auf dem Plage blieben; Wolte solches erheischender Pflicht nach hiermit dem Fürstl. Amte zu fernerer Verordnung angezeigt haben. Actum im Amt N. den N. frühe 7. Uhr.

Amtschösser daselbst
N. N.

Hac denunciatione facta, hat der Herr Amtschösser den Richter gefragt: (1.) Wo der Entleibte hinbracht worden? (2.) Ob der Thäter noch zu N. anzutreffen / oder entwichen sey? Der antwortet ad Primum: Der Todte liege in des Schencken Garten; ad Secundum, hätte er gehöret / daß der Thäter noch zu N. sich bey N. N. verborgen aufhielte / woher ihm aber Anschlag gegeben worden / sich davon zu machen / wüßte nicht ob es geschehen wäre.

Der Herr Amtschösser hat befohlen / daß aus gewissen Ursachen der Entleibte mit vier bewehrten Mann / bis zu dessen Uffhebung bewacht / der Thäter aber / wann er noch vorhanden / Hand-fest / und sodann ins Amt durch den Land-Knecht und Folge hereinbracht werden solle: zu welchem Ende der Land-Knecht eilfertig nach N. geschicket werden solle / im Fall aber der Thäter entwichen / solle sich der Amts-Richter in aller Stille erkundigen / wo er seine Unverwandte und gute Freunde habe / bey denen er Zuflucht gesucht / und was er dieser- oder sonstens seines Aufenthalts halben in geheim erfahren / ohn einige Zeit-Verlängerung anhero berichten. Eadem Die ut supra.

Amtschösser daselbst
N. N.

Dem Land-Knecht ist befohlen worden / alsofort sich nach N. zu verfügen / NN. so NN. entleibet haben solle / mit der Folge gefänglich anzunehmen / und ihn wohlverwahrt nebenst derselben ins Amt zu bringen. Es hat auch der Herr Amtschösser mich den Amt-Schreiber befehliget / nebenst denen Amts-Gerichten mich nach N. zu erheben / den Entleibten uffzuheben / was dabey vorlieffe / fleißig zu registriren / und den Körper /

bis auf fernere Verordnung / in das Hirten-Haus bringen zu lassen / und ist zu meiner und der Gerichts-Personen Fortbringung alsobald Anstatt gemacht; dieses aber um Nachricht willen anhero registriret worden. Actum Anno & Die ut supra.

Amtschösser daselbst
N. N.

Registratur auf das übergebene Schreiben.

Erhiet den N. Tag 1679. hora 10. pomeridiana, und ist der gesuchte Arrest, (vel eingewendete Reuterung oder Appellation) in quantum de Jure, deferiret / Imploranten Schein darüber ertheilet / und dieses um fünffziger Nachricht willen / anhero registriret worden.

Vel mutatis mutandis:

Es ist NN. 1679. hor. 5. vespertin. den N. Tag insinuirtes Schreiben über gesuchten Arrest (vel eingewendeter Reuterung oder Appellation) erwogen / und demselben anders nicht dann in quantum de Jure statt gegeben / auch dieses nachrichtlich anhero gezeichnet worden.

Gerichts-Schreiber
N. N.

CAPUT VI.

De Fine Actorum.

SUMMARI A.

- §. I. *Finis principalis Actorum est Veritas, minus principalis variat.*
- §. II. *Judex ex negligentia Acta non conscribens ad quid teneatur.*
- §. III. *Item si Acta ex ejus incuria sint manca: Actorum defectus à quo & quomodo probetur.*
- §. IV. 1. *An Judex secundum Acta & Probata, an verò secundum Conscientiam judicare debeat.* 2. *Quod est contra Conscientiam, edificat in Gehennam.*

§. I.

Quemadmodum omnes Actiones & Negotia ad suum finem diriguntur, ita etiam Actorum Conscriptio eundem agnoscit.

D

Fincm

Finem principalem Collis Aventini Dictator summus in sæpè allegato *Cap. Quoniam. 11. X. de Probation.* hisce verbis indigitat: Ne falsitas veritati præjudicet, aut iniquitas prævaleat æquitati, brevius: ut veritas cuius pateat, & falsitas evitetur.

Minus principalem hunc esse dicit, ne propter assertionem iniqui Judicis lædatur innocens, Lanfrancus *ad hoc Cap. 11. num. 1.* aut ut Nos in descriptione supra *Cap. 11.* positâ expressimus, ut ea memoriam in Judicio gestorum relinquunt, & in casibus evenientibus vim Probationis suppeditent.

Judex itaque diligenter Acta (per Actuarium scilicet) scribere debet, quo tam ipsi, quam Partibus constare possit, quid inter illas actum, & quomodo negotium tractatum sit.

§. II. Si enim ex negligentia Judicis Acta haberi non possunt, ut quia ea non fecit conscribere, tunc is condemnatur utrisque Partibus in Expensas Litis, Stypmann. *de Referendar. cap. 5. num. 21.*

§. III. Pari etiam modo Parti ad interesse tenetur, si ipsius injuria Acta manca sint & imperfecta, nec integrè edi possint, Mynsing. *centur. 1. observat. 11.* ubi hanc assertionem Cameræ Imperialis præjudicio confirmat, & *Respons. 9. num. 7.* in hæc verba erumpit: Si Judex aliqua Actis annotare omiserit, quæ postea Partem probare oportet, & in hoc Expensas facere, Judex illas Parti refundere obnoxius est.

In ejus sententiam pedibus it Gail. *lib. 1. observat. 134. num. 12. & 14.* ubi refert: Judicem in hoc casu Procuratori Fisci, in duas Auri puri Marcas condemnatum fuisse, adjiciendo *citat. num. 14.* quis Actorum defectum probare teneatur, & quomodo hic demonstrari possit.

1. §. IV. Labet hic summis labris saltem attingere Quæstionem illam tritissimam & Sabbathinam: An Judex secundum Acta & Probata, an verò secundum Conscientiam judicare debeat? Alii pro Actis & Probatis, alii pro Conscientia pugnant. Inter hos sese offerunt præstantissimi Justitiæ Antistites, ut Zoef. *Pandect. tit. de Judic. latissimè hanc quæstionem ibid. à num. 47. usque 58. tractans*, Georg. Valentin. Winther *in Parthen. litigios. lib. 2. cap. 8. num. 13.* Oldendorp. *de Jure & Æquitate Forensi tit. 13. per tot.* Inter illos reperiuntur non infimæ conditionis, Hahn. *in Observat. Theoret. Pract. ad Wesenbec. Paratitl. Pandect. de Probation. & Presumption. num. 10. pag. m. 86.* per rationes quinque non abjiciendas ibidem prolatas, Althus. *Dicæolog. lib. 3. cap. 46. num. 25. usque 33.* Reinking. *de Regim. Secular. & Ecclesiast. lib. 2. class. 2. cap. 12. num. 15. 16. & seqq. pag. m. 866.* Sichard. *ad rubr. Cod. de Probation. num. 10. pag. m. 932.* Bachov. *ad Wesenbec. Paratitl. Pandect. de Probation. num. 10. pag. m. 385.* Continuator *Postill. Theolog. Jurid. Polit. Philo-*

Philolog. Waltherianæ, Dominic. 26. post Trinitatis, pag. 423. 1147. & seqq. ubi Argumenta Partium affirmantium & negantium recitat, Zahn. *de Mendaci. lib. 2. cap. 48. num. 2. pag. m. 931.* Nos autem accedimus sententiæ Doctorum jam citatorum & imprimis Reinkingii statuentis, Judicem quidem semper debere judicare secundum Acta & Probata, & non temerè ab iis recedere, quoniam ad hoc Juramento obstrictus est, ut apparet ex *l. 14. & Authent. Hodie. Cod. de Judic. l. illicitas. 6. §. veritas. 1. ff. de Offic. Presid. & l. 1. Cod. de Prescription. 30. vel 40. Annor.*

Cum verò Judex certò scit Actis obstare veritatem & factum aliter se habere, tunc rectius Conscientiam sequitur; Nam quicquid est contra Conscientiam, ædificat in Gehennam; Ergò si Judex contra Conscientiam judicat, ædificabit ad Gehennam; Et si Judex (pergit Reinking.) excusandus esset, judicans juxta Acta & Probata neglectâ Conscientiâ, utique & Pilatus, qui Christum condemnavit ex falsis Testimoniis, invitâ Scientiâ & Conscientiâ excusandus erit, quod tamen vix aliquis dicet. Si itaque casus accidat, quo Acta cum Conscientia pugnant, Judex timoratae (ut loquuntur Moralistæ) Conscientiæ optimè sibi consulit, si causâ superfeedat, & negotium ad Superiorem referendo, desuper mandatum illius expectet.

CAPUT VII.

De Effectu Actorum.

S U M M A R I A.

I. Effectus varii sunt, quorum tamen primarii tres, Editio, Probatio, & Retentio.

§. I.

Quales effectus Acta producant, jam videndum. Hi sunt multiplices: Faciunt enim fidem ut publicum Instrumentum, *l. gesta. 6. Cod. de re judicat. notorium inducunt, Wesenbec. ad l. licet. 21. Cod. de Judic. num. 12. pag. m. 73.* Coler. *de Process. Executiv. part. 4. cap. 1. num. 87.* nec ullam probationem extrinsecam exigunt, Gail. *lib. 1. observat. 118. num. 3.* Probant inter Partes etiam absque Testibus, idem *lib. 1. observat. 134. num. 12. & 13. l. non videtur. 33. ff. de Judic. in uno Judicio (Civili scilicet) facta, probant inter easdem Personas in alio, Consil. Marburg. volum. 4. consil. 25. num. 163.* in unâ Civitate factâ, fidem faciunt ubique, (videlicet

D 2.

inter

inter easdem Personas,) Consil. Marburg. volum. 3. consil. 7. num. 3. item omni tempore, l. fin. Cod. de re judicat. in verbis ibi: Perpetuam firmitatem habent. Suppeditant etiam Jus Retentionis, Gail. lib. 2. observat. 12. num. 5. & seq. Mollignatus de Retentione quaest. 109.

Eaque omnibus, quorum interest, sunt edenda, Wesenbec. in Paratitl. Pandect. tit. de edendo. num. 12. idem ad citat. l. licet. 2. Cod. de judic. num. 12. pag. m. 73. &, qui sunt ejus generis, alii effectus plurimi, quos laudati Authores in suis Scriptis, praesertim locis allegatis, congesserunt. Nos plerosque & principales effectus, quos Acta producant, sub tribus Capitibus, nimirum Editione, Probatione, & Retentione comprehendimus, & unumquodque certis Conclusionibus, Ampliationes & Limitationes subiiciendo, absolvemus.

CAPUT VIII. De Actorum Editione.

S U M M A R I A.

- §. I. 1. Acta omnibus, quorum interest, edenda. 2. Etiam Tertio non deneganda. 3. Tertius sive Extraneus quis sit. 4. Tertius interveniens ante Actorum editionem Interesse suum probare debet. 5. Editio Actorum est species Defensionis. 6. Edere recusans praesumitur versari in dolo. 7. Formula Implorationis de editione Actorum à Parte facta, item à Tertio. 8. Actuarius absque jussu Judicis Acta edere non potest. 9. Judex inferior tenetur Judicis superiori Acta edere postulanti, etiam citra Appellationem.
- §. II. 1. Inquisitionalia Inquisito ad Defensionem ejus an & quando communicanda sint? 2. Non solum petenti Reo communicari, sed etiam ultrò debent offerri Acta. 3. Si nemo ad Defensionem Rei se offerat, Judex ei ex Officio succurrere debet. 4. In Foro Juris Caesarei Reo Acta copialiter communicantur. 5. In Foro Saxonico ipsi vel Advocato ejus tantum inspicienda conceduntur praesente Judice vel Scabino. 6. Testium Depositiones etiam copialiter extradantur.
- §. III. 1. Testamento publicato & Legatariis & Fideicommissariis illius Copia dari potest.
- §. IV. 1. Acta prima Instantia Appellanti integra & obfignata edi debent, nisi Appellatio ad certum Capitulum determinata sit. Ratio hujus. 2. Judex Acta integra edere nolens, incurrit suspicionem Doli. 3. Acta quando & quamdiu censeantur integra? 4. An Actorum mancorum obtentus contra Sententiam ad Restitutionem in integrum proficiat? 5. An Actorum mancorum editio, quorum nullus

nullus ad Merita Cause usus est, Nullitatem vel Injustitiam Sententia inferat.

- §. V. 1. Acta obfignata edenda. 2. Si tamen Acta obfignata non sint edita, neutri parti hoc praesudicat. 3. Acta in genere an copialiter, an originaliter edenda? 4. Autè Acta Advocatis à Judice integra domi perlustranda conceduntur. 5. Acta prima Instantia Appellanti etiam copialiter edenda, & hoc regulariter juxta Jus Caesareum. In Foro autem Saxonico, praesertim Electorali, secus est. Ratio hujus postremi. 6. Contra Judicem à quo Acta Appellanti denegantem Compulsoriales petenda. 7. Formula Compulsorialium. 8. Si Appellans Compulsoriales petere neglexerit, neque Acta ante vel in Termino Justificationis producere possit, causa pro deserta habetur, & finita Appellationis Instantia, Acta Judicis à quo rursus insinuanda. 9. Casus quidam, in quibus Acta non edenda. 10. Judex de Syndicatu conventus Acta contra se edere non tenetur. Hujus ratio. 11. Interrogatoria à Reo contra Articulos Probatoriales Actoris allata, nec à Judice nec Parte Actori edenda. 12. Acta Inquisitionis Generalis regulariter non edenda. Excipe casum pro avertenda Inquisitione, quo inspectio Actorum conceditur. 13. Relationes Commissariorum etiam non promiscuè edenda. 14. Sed solum Copia Registratura sive Protocolli Commissionis. 15. Allegationes Juris seu Informata, quae Actis nondum inserta sunt, edi non possunt. 16. Acta non à Parte, sed ab Actuario edenda. 17. Rescripta Principum, item Sententiae & Testium Depositiones nondum publicata edi non debent. 18. Contrarium in jam publicatis obrinet.

§. I.

Acta omnibus, quorum interest, sunt edenda, id est, Copia eorum fieri debet, Oldendorp. de Actionibus class. 1. act. 8. pag. m. 84. Berlich. decis. 56. num. 2. Wesenbec. in Paratitl. Pandect. tit. de edendo. num. 12. quem Capite antecedente in hoc casu allegare antevertimus per text. l. 2. Cod. eod. (Acta enim sunt dux lux & vehiculum velut ad veritatem, quibus non inspectis de lite nihil scire vel consulere possumus, adeò, ut Judex, istis haud visis, in cujusquam praesudicium ne quicquam decernere debeat, Mev. part. 2. decis. 146. num. 1.) etiam Tertio, Pacian. de Probation. lib. 1. cap. 65. sub num. 87.

Tertius autem seu Extraneus dicitur, qui non est in lite, causa tamen eundem principaliter vel accessoriè concernit, Ferber in Dissertat. inaugural. de Jure Tertii thes. 2. Ratio ponitur in textu, quia fit ad effectum veritatis investigandae, quam manifestari Reipublicae expedit. Notanter diximus: quorum interest. Interesse autem propriè & primariò eorum duntaxat dicitur, qui Commune Jus in iis habent, nempe Partes litigantes, Dd. ad citat. l. 2. Cod. de edendo.

Cum autem Processus Tertium secundario & in consequentiam tangere possit, ideo communicatio ei non deneganda; Interesse liquidem fundat Tertii petentis intentionem, modo doceatur, *Mev. part. 5. decis. 304. num. 2. 3.* Quapropter antequam Judex Tertio petenti (v. gr. Interveniendi) Acta publica edat, postulare potest, ut inprimis suum Interesse demonstret, quod si hoc facere nequeat, editionem Jure delectare potest, *Ferber in citat. Dissertat. thes. 10.* Cum enim Interesse doceri nequit, supervacaneum planè, imò calumniosum est postulatum, & hinc Jure potest denegari, *Pacian. de Probation. lib. 1. cap. 65. num. 91.* *Hermann. Hermes in Notie. ad Wesenbec. Paratitl. Pandect. tit. de edendo. lit. O. Gail. lib. 2. observat. 106. num. 3.* Multo magis autem Litigatoribus ea edenda sunt, quia Acta sunt communia, *l. non videtur. 33. ff. de Judic. & l. 2. Cod. ut lite pendente &c. ibi: Nisi vel Actorum communium &c.* imò non Judicis, sed Partium esse censentur, secundum *Berlich. decis. 56. num. 2.* utpote qui ea pretio suo redemerunt, *Churfürstl. Sächs. Erledigung der Landes-Gebrechen. tit. Von Justitien-Sachen. §. 53. in verb.* Indem bey denen Unter-Gerichten die Partheyen die Gerichts- und Schreib-Gebühren allbereit entrichtet / sie die Acta gleichsam nochmals von neuem bezahlen sollen &c. Et editio corundem est species Defensionis, adeò ut sine justa causa edere recusans præsumatur esse in dolo, *Marant. in Specul. Aur. part. 6. num. 53. 54.* & Litigator ob hoc Gravamen possit Superiorem adire, & ejus auxilium contra denegantem implorare, *Bartol. ad l. si Appellationem. 31. num. 2. Cod. de Appellation. & Consultation.* hæc præter propter Formula, in casu, quo pars Actorum, v. gr. Copia Sententiæ à Judice recusatur:

P.P. Euer Fürstl. Durchl. kan ich unterthänigst klagend nicht bergen / daß vor denen Gerichten zu N. ich unlängst mit NN. einer Wiesen halber in Rechtfertigung gerathen / womit es so weit kommen / daß Beweis und Gegen-Beweis von beyderseits geführt / die Attestata hinc inde disputiret / auch verschiednen N. Tag ein Urtheil publiciret worden. Ob ich nun wohl meine Nothdurfft darauf zu bedenken / vorerwehnte Gerichte zu dreymalen um Abschrift des Urtheils gebührend ersuchet / so habe ich doch dieselbe nicht erlangen können. Dieweil aber das Zehen-Tägige Fatal sich allmählich dem Ende nahet / dahero ich die Besorge tragen muß / wo solches gänzlich ablauffen sollte / mir dadurch mein wohlhabendes Recht verfürhet und gefährdet werden dörfte; Als ist &c. Sie geruchen gnädigst / mehrgedachten Gerichten anzubefehlen / daß sie mir von dem publicirten Urtheil um die Gebühr unsäumlich Abschrift ertheilen solten; Inmittelst will ich de mea diligentia bester maßen protestiret / auch da das Decendum gleich inzwischen verfließen sollte / mein zustehendes Recht wider das Urtheil

Urtheil ausdrücklich vorbehalten haben. Dieses ist *l. 2. Cod. ut lite pendente &c. gemäß &c.* Und Euer Fürstl. Durchl. &c.

Casum hunc in Terminis, ut loquuntur, tractat *Beatus de Judicialibus part. 5. pag. 181.* ubi tale Responsum Scabinatus Lipsiensis habet: Sprechen wir Schöppen zu Leipzig: Daß Beklagtem um seine erlegte Gerichts-Gebühr Abschrift der Acten und ergangenes Urtheil billich gegeben wird.

Quando Tertio editio Actorum denegata fuerit, is desuper querelam ad Superiorem hoc modo deferre potest:

Euer Fürstl. Durchl. muß ich hiermit demüthigst vortragen / daß vor denen Gerichten zu N. mein Mann NN. von NN. eines ansehnlichen Schuld-Possens halber belanget / und in solcher Sache so weit verfahren worden / daß derselbe gedachten NN. entweder gültlich zahlen / oder des N. Tages die Hülffe in sein bereitestes Vermögen leiden soll. Nun ist an dem / daß ich zu meinem Mann ein ehrliches an Baarschaft und unbeweglichen Güthern eingebracht habe / weßwegen mir ein wachend Auge zu haben gebühren will / damit nicht bey solchem Zustand / und wann es bevorab zur würcklichen Hülffe gedeyhen sollte / mir in meiner zustehenden Weiblichen Gerechtigkeit einig Nachtheil zu - und mir ein ander darin vorgezogen / oder wohl gar die Hülffe in mein Eigenthum vollstreckt werde / gestalt ich dann von dem Debito und dessen Qualitäten eigentliche Bewandnuß und Gewißheit zu erlangen / und meine Nothdurfft dawider zu beobachten / ich bey wohlgedachten Gerichten um Communication der Acten, mit nothdürftiger Beybringung meines Interesse, ansuchen lassen / welche mir aber abgeschlagen worden. Dieweilen aber / Gnädigster Fürst und Herr / mir an Vorlegung der Acten, aus vorerwehnter Ursache nicht wenig gelegen / und aber in Rechten wohl versehen ist / daß auch einem Tertio auf sein Ansuchen / die Acta um seines Interesse willen ediret werden solten; So getröste ich mich dessen billich auch / wie dann in solchem Vertrauen an Euer Fürstl. Durchl. mein demüthigstes Bitten ergethet / Sie wollen mehrgedachten Stadt-Gerichten gnädigst anbefehlen / daß sie mir obbenannte Acta publica ohnweigerlich vorlegen / und benöthigte Abschriften um die Gebühr daraus ertheilen / inmittelst aber mit der angefügten Hülffe in Ruhe stehen solten. Dieses ist *l. 2. Cod. de edendo gemäß &c.* Und &c.

Hic notandum, quod si editio Actorum à Notario Judicii petatur, is eam sine jussu Judicis concedere non possit, sed eundem inprimis expectare necesse habet, *Dn. Brunnemann. in l. is, apud quem. 2. Cod. de edendo. Marant. citat. loc. num. 55. pag. 432. Pacian. de Probation. lib. 1. cap. 65. num. 111. Colleg. Argentorat. lib. 5. tit. 1. thes. 11.* Judex enim in hujusmodi casu

casu Cognitionem Causæ adhibere opus habet, & antequam petito Implorantis anhuat, Personam Perentis & Rationem Petiti examinare debet, quod ad Officium Actuarii non pertinet.

9. Sic etiam Superiori Judici tenetur inferius edere Acta etiam citra Appellationem, ubi pro veritatis indagine, iis in quacunque causâ opus habet, *Mev. part. 7. decis. 185.*

Sive sint Acta Civilia, sive Criminalia, *citat. l. 2. Cod. de edendo. Pacian. de Probation. lib. 1. cap. 65. num. 77. Colleg. Argentorat. lib. 2. tit. 13. thes. 9. Beatus de Judicialibus part. 5. pag. 179.* hanc conclusionem tali præjudicio à Scabinatu Lipsiensi, in casu, quo Libelli Criminalis Copia petita fuit, latè comprobant: *Auf eure uns zugeschickte Exception sprechen wir vor Recht: Dieweil die erhobene Peinliche Klage des Beklagten seine Ehr und Schimpff anbelanget; So wird ihm davon billich Abschrift gegeben / also / daß er seine Nothdurfft von Mund in die Feder / inmaßen wie der Kläger gethan / einbringe / W. R. W.*

1. §. II. 1. Ad horum classem referuntur Acta Inquisitionis, quæ Inquisito ad Defensionem suam omninò communicanda, *Mev. part. 2. decis. 321. num. 8. Brunnemann. in Process. Inquisitor. cap. 8. membr. 3. num. 33.* ut quæ sine iis commodè & solidè fieri nequeat. Quando autem hæc Communicatio fieri debeat, scire interest, ubi duo casus attendendi: Aut inculpatus petit ea ad Inquisitionem planè avertendam, vel, (si contra eum formata sit) Innocentiam in totum demonstrandam, aut ad minimum cum v. gr. fontem se esse falsus fuerit, ob circumstantias quasdam occurrentes poenam leniendam.

Prior casus tunc contingit, quando vel Delictum propter quod Inquisitio instituenda, eam non admittit, qui plures sunt, & partim à *Volckmann. in Process. Criminal. part. 2. tit. 2. num. 7. 8. & Carpzov. in Prax. Criminal. part. 3. quest. 107. num. 31.* enumerantur, vel Inquisitio ex odii fomite & calumniandi pruritu (quod non rarò hodiè fieri assollet) originem trahit, quorum unum aut alterum Insimularis demonstrare paratus est; tunc is hoc remedio salubriter uti, & imminentem Processum Inquisitorium (qui aliàs periculosus, & cum infamiâ vel ad minimum maculâ Inquisiti conjunctus est, *Ordinat. Elector. Polit. tit. Von Justitiensachen. §. Dann obwohl zc. in verbis: Auf gewisse Fälle und Maasse angeordnete Inquisitions-Process in zimlichen Mißbrauch gezogen / und oftmals unverschuldete und genugsam begütherte Leute nicht ohne Schimpff und ihren Adelichen auch wohlhergebrachten Ehren und guten Nahmen zum Nachtheil mit demselben belegt werden wollen zc.*) propulsare potest, cui etiam hodierna Praxis favet, *Carpzov. in Prax. Criminal. part. 3. quest. 115. num.*

num. 23. & seqq. Mev. part. 6. decis. 253. num. 4. & 5. Si itaque Reus Actorum Copiam in hunc finem petierit, ea omninò danda est, *citat. decis. 253. num. 5.* ne facultas Exceptiones Dilatorias opponendi ipsi adimatur, ac denegetur beneficium hoc, quo in Processu ordinario quilibet Accusatus gaudet, *Carpzov. allegat. loc. num. 24.* quem refert *Mevius dict. decis. num. 5.*

Posteriori casu, cum Inquisitus ad Articulos Inquisitionales per omnia affirmativè respondit, & sic Delictum confessus est, nil obstat eidem Acta ad Defensionem suscipiendam sine longiori mora communicare, quo rationes mitigationem poenæ suadentes ex circumstantiis Criminis eruere, & per hoc Sententiam leniorem obtinere valeat.

Sin verò Reus factum, aut ejus circumstantias potiores negavit, Actorum editio fieri non solet, priusquam Testes desuper examinati & sicubi opus fuerit, cum Inquisito confrontati fuerint, *Brunnemann. in Process. Inquisitor. cap. 8. membr. 3. num. 12. pag. m. 205.* Rescriptum Electorale Saxonicum Augusti de Anno 1579. (cujus totum Tenorem *Carpzov. in Prax. Criminal. part. 3. quest. 117. num. 69.* habet, omnibus in Foro Saxonico versantibus summè necessarium, utpote in quo Modus procedendi in Causis Criminalibus per Inquisitionem fundatus & Judicantibus præscriptus est,) *in verb. Und was er darüber verneinet / die Zeugen darüber verhören lasse zc. ibique Carpzov. allegat. quest. 117. num. 76.*

Et talismodi Actorum editio non solum facienda ad postulacionem Inquisiti sive Rei, sed etiam eidem Judex ea spontè offerre debet, *2.* Pius Jctus Brunnemann. *Tractat. de Process. Inquisitor. cap. 8. membr. 3. num. 29. pag. m. 214.* ubi subdit, Judici hoc tam ante condemnationem, quam Torturam observandum esse, Judex siquidem non modò rogatus, sed etiam ex officio promovere debet, quod ad Rei Defensionem pertinet, *Gail. lib. 1. de Pat. Publ. cap. 18. num. 3. Zanger. de Question. & Tortur. cap. 3. num. 41.* Brunnemannum sequitur *Ziegler. in Dicastice conclus. 31. §. 7.* ita satis ponderosè scribens: Quod si nemo fuerit qui ad Defensionem Rei *3.* se offert, tenetur ipse Judex, qui cognoscit, de innocentia ejus ex Officio quærere, & argumenta colligere, quamvis id non petat Reus. Unde proinde (pergit) graviter peccant illi, qui hoc tantum in Inquisitionis Processu intendunt, ut Reum perdant, & ad Supplicium promoveant, quique vix Rescriptis Principum (ò crudelia pectora!) adduci possunt, ut ad Defensionem Reum admittant, tantum abest ut ipsi ex Officio suppleant, quos meritò perstrinxit *Dn. Brunnemann. in Process. Inquisitor. cap. 8. num. 4.* Illi qui gloriæ sibi ducunt in facinorosos animadvertere, & ex hoc Supplicia præcipitant, videant, ne ipsi aliquando in-

cidant in Supplicia infernalìa, & crudelitatis suæ justas accipiant mercedès. Hactenus ille.

4. De Actis hisce Inquisitionis in Foro, ubi Jus Cæsareum viger, Reo Cópia datúr, wird dem Inquisiten Abschrifft von denen Acten gegeben /
5. secus in Foro Saxonico, ubi ejus Inquisito, aut ejus Advocato solúmmodo potestas inspiciendi & perlegendi ea, in præsentia Judicis & Assessorum fit, de quo casu infra sub Limitationibus agetur. Excipiuntur tamen Testium Depositiones à Reo productæ, quæ ipsi copialiter extraduntur, Carpzov. in *Prax. Criminal. part. 3. quæst. 115. num. ult.*

1. §. III. 1. Sive sint Acta contentiosæ sive voluntariæ Jurisdictionis, Pacian. de *Probation. lib. 1. cap. 65. num. 82.* Sic publicato Testamento Legatariis & Fideicommissariis Cópia illius nullo Jure denegatur, & ita in similibus casibus.

1. §. IV. Sive sint Primæ sive Secundæ Instantiæ.

- Illa autem Appellanti integra & obsignata edi debent. Integra; hoc enim Partium Judicisque multum interest; *Judicis*, ut plenam Informationem ex iis haurire, & desuper Sententiam iis conformem, ferre possit, aliàs ad Acta manca solent etiam dare manca Consilia atque Decreta, Stypmann. de *Referendar. cap. 5. num. 120.* Partium; ne ex defectu unius aut alterius Documenti Juri ipsius fiat præjudicium, & damnum ex eo sentiat, cum tamen veritas studiosè promovenda, & falsitas evitanda, Gail. *lib. 1. observat. 134. num. 12.* & contra Judicem est præsumptio, quod dolosè versatus sit, quando Acta integrè edere renuit, Marant. *part. 6. §. De Actorum Editione. num. 46.*

3. Tunc autem Acta integrè edita esse censentur, cum omnia integrè tradita sunt, quæcunque ad litem pertinent, & semel pars Actorum facta sunt. (Ex Productione autem ad Acta, [ut obiter moneam,] tunc Scripta fiunt ipsorum pars, tanquam ipsis insinuata, *Mev. part. 5. decis. 217.*) idem *part. 2. decis. 82. in princ.* cui præsumptioni tamdiu standum, donec asserens defectum docuerit, idem *part. 6. decis. 271. num. 3.* & *part. 5. decis. 138.* ubi ita scribit: Non itaque statim ad nuda Narrata (Partis scilicet) Mandatum (ad Judicem nimirum) decerni debet, sed prius ab allegante, quod deest, specificè designandum, deinde abesse, verisimiliter ostendendum, (3.) quanti interfit ita fieri expendendum. Hoc facto, congruum est, etiam Judicem super defectu audire, *Mev. citat. part. 5. decis. 271.*

Conclusio autem hæc de Actis integrè edendis limitatur, cum Appellatio non contra totam Sententiam, sed certum tantum Capitulum ejusdem interposita est, sufficit enim tunc (si scilicet sunt separabilia) par-

partem eorum ad hoc Capitulum facientium edidisse, Carpzov. *Respons. Jur. Electoral. lib. 3. tit. 12. respons. 119. num. 4.*

Aliàs quæstio est, licet non propriè hujus loci: An obtentus Actorum mancorum (scilicet in Secunda Instantia imperfectè editorum) contra Sententiam ad Restitutionem in integrum proficiat? Quam negativè resolvit *Mev. part. 4. decis. 191.* ex hac potissimum ratione: Allegationem hanc nimis seram esse, & ex negligentia non opponentis suo loco & tempore pervenire, ideoque sibi eam imputare, nec per hanc alterius Jus corrumpi debere.

Ejusdem farinae est hæc: Annon mancorum Actorum editio, quorum nullus ad Merita Causæ usus est, ad nullitatem aut injustitiam Sententiæ utiliter allegari possit? Ad quam etiam negativè respondet prælaudatus *Mevius part. 6. decis. 107.* ex hoc potissimum fundamento, quod superflua non curentur, quippe quæ nec profint, nec noceant.

§. V. Acta etiam clausa seu obsignata edi debent, *Churfürstl. Sächsische Erledigung der Landes-Gebrechen. tit. Von Justitien-Sachen. §. 23. in verb.:* Sie solche jedesmal versiegelt anordnen und verfügen *2c.* *Mev. part. 1. decis. 255. num. 2.* ubi dicit: More hoc servari, & consignationis hanc esse rationem, ut non sit in cujusque potestate quid corrumpere aut auferre; allegando *Rotschütz. in Process. Jur. part. 1. artic. 39.*

Quæ tamen si haud clausa aut consignata fuerint, editionem non vitiant, *Mev. citat. decis. 255. per tot.* addens: Si quid in eo peccatum sit; Judicis non Partium culpam esse, quibus illa nocere non debeat, *ibid. num. 4.* multò minus autem ob id Appellans poenam Desertionis formidabit, Carpzov. *Respons. Jur. Electoral. lib. 3. tit. 12. respons. 119. num. 14. & 15.*

Sed quæstio hic minimè Domitiana se offert: *An Acta prima Instantia in Originali, an verò in Cópia Appellanti edenda?* Ad quam melius intelligendam præmittere libet hoc generale *ζήτημα:* *An Acta in genere originaliter, an copialiter* (sed ita cum veniã purioris Latinitatis loqui liceat) *communicanda?* Ad quod respondetur breviter: Judicem regulariter obstrictum esse ad dandum Actorum Exemplar, non verò Originale, *Bartol. in l. eos, qui. 6. §. super his verò. 3. Cod. de Appellation. & Consultation. num. 2.* Nam Acta Originalia Judici affecta sunt, & proinde edi non debent, ut ad ipsum Originale, si de fide exempli dubitetur, recursus fieri possit, *Gail. lib. 1. observat. 134. num. 22.* quod & ad exportationem eorum porrigitur.

Exinde non obscurè inferre licet, quid de casu isto, quo Judex aut Actuarius Advocatis seu eorum Clientibus Acta integra, domi per-

lustranda, & quæ è re sua futura sunt, excerpta communicant, sit sentiendum, vid. Wagner. *Dissertat. de Actis publicis thes. 12. in medio.*

5. Ex hac Ætiologia facile resolvitur quæstio supra posita, nimirum Acta Primæ Instantiæ non in Originali sed Copia Appellanti extradenda: Ubi enim eadem ratio, ibi etiam idem Jus sibi locum vindicat. Distinctio tamen hic facienda inter Forum Cæsareum seu Commune, & Saxonicum sive Speciale. In illo Acta Primæ Instantiæ regulariter descripta eduntur, de quo *Mev. part. 4. decis. 376. in princ. testatur*, (ubi tamen exceptit casum, quando accessorius punctus Appellationem concernit, & tunc ea originaliter non edi, sed in Copia transmitti debere æquum esse dicit,) vel sub consueto pretio, si de eo constat, per Mandatum Sine Clausula, *Mev. part. 6. decis. 91. vel moderato* (si res adhuc integra, nimirum si Pretium nondum solutum,) injungenda, quo casu etiam à Superiore Pretium æstimari potest, idem *part. 2. decis. 78. num. 3. & 4.*

In Foro Saxonico, præsertim Electorali, in *Resolut. Gravamin. tit. Von Justitien-Sachen. §. 53. pag. m. 83.* hic punctus dilucidè resolutus est, verba Resolutionis ita sonant: Ob zwar zum Drey und Funffzigsten die Acta Erster Instanz in Appellation-Sachen / so nicht allein von denen Unter-Gerichten derer von Adel / Nemptern / und Städten an Unsrere Ober- und Hof-Gerichte zu Leipzig und Wittenberg / so wohl andere Unsrere Collegia, als Ober- und andere Consistoria, die Stifts-Regierung / und beyde Universitäten / sondern auch von denenselben an Unsrer Appellation-Gericht allhier gebracht / vor dessen abgeschrieben werden müssen: So haben doch Unsrer in GOTTE ruhenden Herrn Vatters und Bevatters Gnaden befunden / daß durch dergleichen Abschreibung der Acten, und bißweilen hoch anlaffenden Copial-Gebühren / denen Partheyen / zumal unvermögenden / grosse Ungelegenheit / Kosten und Schäden / samt Versäumniß und Hinderung in der ganzen Sache zugezogen werden / an sich selbst auch fast unbilllich scheint / daß / indem bey denen Unter-Gerichten die Partheyen die Gerichts- und Schreib-Gebühren allbereit entrichtet / sie die Acten gleichsam nochmals von neuem bezahlen solten; Dahero aus diesen und andern bewegenden Ursachen verordnet / daß / so oft hiñfuro von Unsrer Hof allhier auf eingelangte Appellationen, an sie Inhibitiones aufgefertiget / und darin die Einschickung und Abfolgung der Acten voriger Instanz / dem Stylo nach / begehret worden / sie solche jedesmal originaliter, versiegelt / und richtig foliiret / ohne Entgelt zu geschæhen / anordnen und verfügen / so wohl in denen von ihnen an die Unter-Gerichte derer von Adel / Nemptern / und Städten abgehenden Inhibitionen die Acta gleich-

gleichfalls in Originali ohne Entgelt abfordern / und also die Clausul: „ Den Appellanten die Acta Primæ Instantiæ in Originali ohne Entgelt / versiegelt außzuantworten / oder auf des Appellanten Unkosten durch „ einen geschwornen Boten unterthänigst einzuschicken / in acht nehmen / „ und außdrücklichen inseriren sollen / welche Acta dann zc.

In jam laudata Resolutione Electorali inter alias, quare Acta Primæ Instantiæ gratis edenda, hæc elegans ratio redditur, æquitati quodammodo adversari, ut Partes Acta in inferiori Judicio semel Pretio eorum redempta, denuò redimere cogantur.

Excipit tamen Resolutio *seq. §.* Nachdem zc. eos, qui hoc de puncto olim speciales Concessionen impetrârunt, iisdem salvis manentibus, quibus tamen pro labore Relationis ac Rotulatione Actorum certum Honorarium, nimirum duorum Florenorum, definitum est; à Pauperibus verò nec hoc exsolvendum, sed Acta ipsis gratis edenda esse.

Licet autem ex supra dictis extra omnem dubitationis aleam sit, 6. Judicem à quo Appellanti non posse nec debere Acta denegare, non tamen rarò usu venit Judices inferiores (utpote quibus appellandi licentia semper invisâ, *Mev. part. 6. decis. 91. in princ.*) communicationem Actorum vel detrectare, aut ad minimum differre, quo casu per Literas Compulsoriales (Germanicè Zwangs-Briefe vocantur) à Judice Superiore nudâ Imploratione, in aliis peculiari Actione impetrandas, *Mev. part. 3. decis. 322. urgendi sunt, Gail. lib. 1. observat. 134. num. 1. Oldendorp. de Action. class. 1. act. 5. pag. m. 79.* quarum Formulam in Camera Imperiali usitatam exhibet Rosbach. in *Process. Judiciar. tit. 75. num. 11.* in Foro Saxonico in aliis casibus receptam, Volckmann. in seinem *Notariat-Buch part. 2. cap. 69. fol. m. 359.*

Appellans itaque in ejusmodi casu pro Compulsorialibus, hac 7. præter propter Formula diligenter instare debet:

P. P. Euer Churfürstl. Durchl. sind gnädigst eingedenck / daß an Dieselbe ich von dem Urthel / in Sachen mich und N. N. gesprochen / unterthänigst appelliret / und nach geziemender Einlieferung der Reverential-Aposteln so wohl gnädigste Inhibition an Dero Fürstl. Amt als Judicem à quo, dann auch den N. Tag baldkünfftig zum Termin ad justificandam Appellationem erhalten / vor welches alles ich unterthänigst dankbar; Biewohl ich nun obliegender maßen biß anhero bey wohlgedachtem Fürstl. Amt zu unterschiedenen malen fleißig Ansuchung gethan / mir die Acta zeitig vor dem Termin entweder aufzustellen / oder solche Euer Churfürstl. Durchl. unterthänigst einzuschicken: so habe ich doch jenes nicht erhalten / am andern Theil aber erfahren müssen / daß die Acta biß diese

Stunde zu Euer Churfürstl. Durchl. Obblischen Appellation-Gericht nicht eingesendet wären. Damit mir nun hierin keine Nachlässigkeit benemessen / vielweniger bey instehender Justification einig Nachtheil zuwachsen möge; So erget an Euer Churfürstl. Durchl. mein unterthänigstes gehorsamstes Bittren / Sie geruhen gnädigst / dieserwegen nachdrückliche Compulsoriales an das Fürstl. Amt abgehen zu lassen / damit die Acta vor der Tagfahrt zur Justification der Appellation, nach Inhalt der neuen Erledigung / eingesendet werden: Inmittelst will ich de mea diligentia bester maßen protestiret / und mich damit wider alles Nachtheilige / so mir über Verhoffen entstehen könnte oder möchte / verwahret haben. Euer Churfürstl. Durchl. 2c.

8. Hoc si Appellans neglexerit, & neque ante Terminum, neque in Termino Justificationis Acta produxerit, Desertionis poenam vix evitabit, Churfürstl. Sächsische Appellation - Ordnung, tit. Wie die angenommen und justificiret werden sollen. §. Nachdem 2c. in verbis: Ein jedweder Appellant vor dem Termin, oder das längste denselben Termin &c. sonst aber / und da die Acta auf bestimmten Termin nicht einbracht werden / noch auch der Appellant um Compulsorialen an den Unter-Richter angesucht / die Appellation auch daher für desert und erloschen geachtet werden. Berlich. part. 1. conclus. 59. num. 163.

Quemadmodum verò ad Appellantem spectat, curare ut Acta Primæ Instantiæ sub certa forma & modo Judici Superiori extradantur, & in Termino Justificationis producantur; ita etiam eidem incumbit, finita Appellationis Instantia, hujusmodi Judici à quo vel per se, vel per Tabellarium juratum insinuare, Churfürstl. Sächs. Erledigung der Landes-Gebrechen. tit. Von Justitien-Sachen. §. 53. in fin. his verbis: Welche Acta dann nach geeindeter Appellations-Instanz neben denen Remissorialen, wofern solche ertheilet / dem Unter-Richter wiederum auf des Appellanten Unkosten zurück geschicket werden sollen.

9. Et hi sunt casus frequentiores, in quibus Acta petentibus veniunt communicanda. Dantur tamen etiam quidam, ubi ea vel planè non, vel nuda horum Inspectio concedi solet, inter quos sequentes mihi 10. occurrunt: videlicet (1.) ea, quorum Communicatio à Judice de Syndicatu convento (est autem, ut obiter dicam, Syndicatus Judicium, quo quis Sententiam per dolum, corruptionem, aut affectum Judicium latam, impugnare, ipsumque Judicem convenire potest, Rachel. in Dissertat. de Revisionibus. §. 14.) postulantur: hæc enim ille edere obstrictus non est, Berlich. decis. 56. ubi num. 12. in Judicio Curiali Lipsiensi die 27. Maji 1608. ita pronunciatum esse testatur hisce Formalibus:

Auf

Auf Vorbringen und erfolgte Befehle / Erasmi Sacrarii, Klägers an einem / Anwalden Georg Schmieden und Syndicen des Raths zu Torgau / Beflagten andern Theils: erkennen wir daß Klägers Suchen nicht statt hat; quæ Sententia, quamvis per Leutationem suspenfa fuit, nihilominus, eodem citato loco asserente, in posteriore confirmata fuit. Rationes reddit has, quod nemo compellatur Adversario arma administrare de domo sua, & Actor instructus & paratus ad agendum & probandum esse debeat, num. 7. 8. allegando inter alios Dd. Coler. de Process. Executiv. part. 1. cap. 2. num. 119. vers. Cum nemo. & seqq.

(2.) Interrogatoria, quæ Reus contra Articulos Actoris Probatorios exhibet, sive sint generalia, sive sint specialia. Ratio est metus Subornationis Testium, Besold. in Dissertat. de Process. Judiciar. cap. 13. thes. 4. Rosbach. in Process. Civil. tit. 55. num. 10. pag. m. 413. ubi dicit: Copia Interrogatoriorum adversæ parti nec ab ipso Judice nec à Parte communicanda, adde his Marant. in Specul. Aur. part. 6. tit. de Interrogatorior. Production. num. 3. pag. m. 408. & Pacian. de Probation. lib. 1. cap. 65. à num. 112. usque 117. de hoc casu latè differentem.

(3.) Acta super Inquisitione generali conscripta, (quæ instituitur pro explorando Delicti Corpore & Delinquentis Persona) regulariter non communicantur, etiamsi Accusator se offerat, qui ordinario Processu adversus Reum agere velit, Carpzov. in Prax. Criminal. part. 3. quest. 108. num. 66. pag. m. 74. Mev. part. 2. decis. 321. num. 7. ubi tamen hanc assercionem in casu, quo Inquisitus ad avertendam Inquisitionem Exceptionem Declinatoriam opponit, restringit, quem supra plenius attigimus.

(4.) In Foro Saxonico Acta Inquisitionalia, quibus Reus pro suscipienda Defensione sua indiget, Carpzov. in Prax. Criminal. part. 3. quest. 115. num. 99. & seqq. Rationem prælaudatus Juris Consultus Celeberrimus loc. citat. num. 3. reddit hanc, quod in descriptione Actorum multum temporis infumatur, ac per id non parum Deductio Defensionis & Processus Inquisitorius procrastinetur, contra naturam istius Processus, qui celeriter absque strepitu & figura Judicii expediendus esset, veluti in hoc puncto, eodem num. 104. allegat. loc. referente, jam laudatus Scabinatus Lipsiensis quotidie pronunciare soleat hisce Formalibus: Es wird Inquisiten, zu Ausführung seiner gerühmten Unschuld / damit er sich Ubereitens nicht zu beschweren habe / eine Monats-Frist billich mitgetheilet: Ihme und seinem Advocaten auch / in Beyseyn der Gerichts-Personen / die Inquisitions-Acta zu durchlesen verstattet und nachgelassen / » aber die Abschrift von denen Inquisitions-Acten seyð ihr ihm abfolgen » zu lassen nicht schuldig / W. R. W.

Ex

Ex hoc Præjudicio apparet, quamvis Inquisito Copia Actorum ob rationem allegatam denegetur, nihilominus tamen eidem cum Advocato Inspectio eorundem permittatur, & quidem præsentem Judicem & Scabinis, juxta *Ordinat. Polit. tit. Von Justitien-Sachen. §. 5. in verb. Wir können aber hiernebens zc.* Quod tamen haud producendum ad Attestationes Testium super Articulis Defensionalibus examinatorum: horum enim Copia Inquisito non denegatur, prælaudato Dn. Carpzov. *loc. supr. allegato hoc Responso ab Amplissimo Scabinatu Lipsiensi 1629. Mense Augusto lato, comprobante: Es wird aber G. V. inmittelst / gegen Bestellung eines Vorstandes auf 100. fl. hoch / der Haßf entlediget / und ihme Abschrift des Defension-Gezeugnisses mitgetheilet.* Qui mos etiam in Provinciis Ducum Saxonie receptus est, ita, ut Inquisitis non soleat Copia Actorum concedi, sed saltem potestas inspiciendi, & ea, quæ videntur proficua, extrahendi & consignandi, teste Dn. Bechmann. *ad Pandect. tom. 2. part. 2. exercitat. 8. num. 60. pag. m. 189.*

13. (5.) Relationes Commissariorum, Commissions-Berichte / scilicet promiscuè & sine delectu, *Churfürstl. Sächs. Erledigung der Landes-Gebrechen. tit. Von Justitien-Sachen. §. 58.* ubi ita disponitur: *Das zum Acht und Funzigsten von allen und jeden Commissions-Berichten denen Partheyen Abschrift ertheilet werden solle / allermassen besagte Ritterschafft Chur- und Thüringischen Creyses darin unterthänigst angesuchet / können wir so schlechterdings nicht verordnen: Befehlen aber denen Commissarien und andern Unter-Gerichten / daß sie auf Begehren denen Partheyen Abschrift von der gehaltenen Registratur oder Protocoll um die Gebühr außantworten.* Ex hac forsitan ratione, quod Commissarii in suis Relationibus de hoc vel illo puncto sua sentia animi liberè aperuerunt, & Committentis, an hæc sequi velit, vel non, libero arbitrio reliquerunt; quod Partibus præsertim intempestivè pandere, & ipsis occasionem disputandi ac per hoc litem protrahendi dare haud conducibile videtur.

15. (6.) Allegationes Juris & Sententiæ ad instruendum seu informandum Judicem insinuatæ, Actis tamen nondum insertæ, seu quæ nondum sunt factæ pars Actorum per insertionem, Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 65. num. 120. & 121. Wagner. in Dissertat. de Actis publicis, prope fin. quem casum Menoch. de Arbitrar. Judic. Quest. centur. 2. cas. 75. num. 14.* Judicis arbitrio relinquit.

16. (7.) Quando editio Actorum peteretur fieri non à Notario, sed Parte, quæ illa suo Sumptu redemit, quia propria ipsius sunt, Pacian. *sitat. tractat. & cap. num. 122.*

Hisce

Hisce addimus (8.) Rescripta Principum haud publicata, aut ab Officialibus pro eorum Informatione (ut nonnunquam, præsertim in Criminalibus, fieri assolet) extracta; Nondum enim pars Actorum facta sunt, quod & de Sententiis, item Testium Depositionibus haud publicatis verum est, vid. Berlich. *part. 1. conclus. 8. num. 24.* ubi dicit: Notarium Judicii Articulos alteri Parti ante Publicationem in causa ostendentem, teneri de falso.

17. Ex ratione itaque contrariorum infertur, Rescripta Principum publicata petentibus nullo Jure denegari ob rationem prædictam, quamvis me non lateat, hoc non raro à morosis, partialibus aut improbis Judicibus fieri.

18. Antequam hoc Caput relinquamus, ex Mevio monendum esse duximus, Copiam vel Descriptionem eorum, quæ alterutra Pars ad Acta affert, per Judicēs consideratè decernendam esse, *part. 2. decis. 349.* ubi rationes hujus prægnantes reddit, & ejusdem neglectum protelationi litis hisce verbis adscribere non veretur: Non est (inquit) è minimis, quæ lites protrahunt atque implicant, quod Judices promiscuè Copiam eorum, quæ alterutra Pars profert, concedunt, iis respondere mandant, nec prius ea considerant, ponderant, & quicquid convenit, Decreto declarant, unde multa supervacuè in litem irruunt, & Processus sæpè confunditur: Expeditiùs multò est prius Tenorem eorum exactè ponderare, & congrua decernere. Hactenus ille.

CAPUT IX. De Actorum Probatione.

S U M M A R I A.

§. I. 1. Actorum fides in triplici differentia est. 2. Acta an presumantur? 3. Acta non apparentia quomodo probentur? 4. Examen Testium Scripturam non necessariò requirit.

§. II. 1. Acta per se fidem publicorum Instrumentorum faciunt. Inò sub eorum appellatione continentur. 2. Quod Actis insertum, illud etiam sine alio adminiculo plenam fidem facit. 3. Acta vim probandi etiam post mortem Judicis habent, modo reproducantur. 4. Pro Actorum fide regulariter presumitur. 5. Admittitur tamen Probatio in contrarium, sed clara & exacta. 6. Jurata diffessio Litigantium contra Acta non admittitur.

F

§. III.

- §. III. 1. Acta etiam inter Partes & Partium Successores probant. Limitatur hoc.
2. Verba dispositiva qua sint. 3. Narrativa seu enunciativa qua sint, & an probent Acta intervenisse?
- §. IV. 1. Acta Judicii Civilis non plenè probant in Criminalibus, & quare?
- §. V. 1. Acta contra Tertium an & quatenus probent? 2. Acta inter alios gesta etiam prosunt Tertio, semiplenè probando.
- §. VI. 1. An Judex Confessionem in occulto latentem, ex aliis Actis manifestam esse videns, eam in conceptione Sententia attendere debeat?

§. I.

1. **A**bsoluto Capite Editionis Actorum, sequitur Caput Probationis, quod bimembre facimus.

Unum aget, quomodo Acta probari possint. Alterum, quam vim probandi ea habeant. Horum fides iterum in triplici differentia est: nam in considerationem venit, quatenus Acta (1.) per se, (2.) quatenus inter Litigantes, & quatenus (3.) contra Tertium probant.

2. Priusquam autem hoc Caput aggrediemur, lubet hanc questionem tractare: An Acta præsumentur? Ponamus casum: Producitur Sententia, quæ mentionem facit Litis seu Processus, sed Acta nullibi apparent. Ratio dubitandi pro affirmativa esse potest, quod Sententia præsupponat Cognitionem Causæ, & Processum præcessisse; Posito enim consequente, ponitur etiam antecedens. Sed negativa hic obtinet, ex ea decidendi Ratione, quod Acta requirant Scripturam, & sine ea subsistere nequeant. Cum autem in nostro casu nulla possunt Acta produci, ideoque etiam nulla præcessisse præsumendum est, quamvis Sententia exhibeatur, Lyncker. de Gravam. Extrajudicial. cap. 7. part. 2. §. 25. num. 9. pag. 649. quæ præsumptio fortior debiliorem excludit. Nec semper consequens infert suum antecedens, præsertim in factis non necessariò inter se connexis, dividuis aut separabilibus.
3. Sed quomodo Acta non apparentia probabuntur? Dixeris forsàn hoc difficile imò impossibile esse, quoniam, ut modò dictum, Acta Scripturam constare debent, & sine ea non subsistunt, quomodo autem ea in Scripturam non redacta, vel, siquidem redacta, illa verò amissa sint, fides de iis fieri potest? Fateor hoc veritati consentaneum esse, in hujusmodi Actis, quæ ordinata Judicii dicuntur, ut sunt Libellus, Litis contestatio, hæc enim cum nunquam extiterint, vel postea interciderint, vix probari queunt: Non-
4. entis enim nullæ sunt qualitates. Secus in Actis probatoriis, ut est Examen Testium & ejusmodi; cum enim hæc necessariò Scripturam non efflagitent, per Testes poterunt probari, Lanfranc. ad Cap. Quoniam. 11. X. de

X. de Probation. num. 12. ubi dicit, hunc modum communiter receptum esse, Menoch. de adipiscend. Possession. num. 915. pag. 118. Mynsing. Respons. 9. num. 11. Marfil. ad rubric. Cod. de Probation. num. 337. Berlich. part. 1. conclus. 8. num. 29. Semper enim res gesta probari potest per Testes, Mascard. de Probation. volum. 1. conclus. 32. num. 7. qui Testes tamen speciatim, sic vel sic rem fuisse gestam, enunciare debent.

§. II. Acta per se considerata fidem faciunt, (ceu suprà Cap. VII. in principio etiam tactum est) ut publicum Instrumentum, l. gesta. 6. Cod. de re judicat. & sub appellatione publici Instrumenti continentur, Mascard. de Probation. volum. 1. conclus. 32. Bornitius de fide Instrumentor. lib. 3. cap. 7. ideoque plenè & perfectè probant, Coler. de Process. Executiv. part. 3. cap. 1. num. 80. & part. 4. cap. 1. num. 150. Finckelthaus. observat. 44. num. 2. Berlich. part. 1. conclus. 36. num. 8. etiam sine alio adminiculo. Sic illud, quod ad Acta redactum est, etiam sine alio Instrumento & Partium Subscriptione plenum robur & fidem habet, Mev. part. 2. decis. 207. sicut nec Acta Judicialia Testibus opus habent, Gail. lib. 1. observat. 134. num. 12. & 13. Consil. Marpurg. volum. 4. consil. 52. num. 37. Coram Actis enim præsumitur adesse multitudo hominum, Dn. Carpozov. lib. 6. tit. 3. respons. 24. num. 9. & Jurisprud. Consistorial. lib. 2. tit. 3. definit. 35. num. 15.

Hanc vim probandi Acta etiam post mortem Judicis retinent per l. fin. Cod. de re judicat. in verbis ibi: perpetuam firmitatem habeant. Coler. de Process. Executiv. part. 4. cap. 1. num. 151. modò reproducantur, alias sterilia, nulliusque efficaciam sunt, Carpozov. lib. 3. tit. 12. respons. 119. num. 1. Wagner. in Dissertat. de Actis publicis thes. 13. Pro Actis itaque, ea scilicet bona fide esse scripta, regulariter præsumptio est, & quidem Juris, cujus effectus est, ut probandi onus transferat in adversarium, Richter. de Privileg. Creditor. disputat. 6. pag. m. 152.

Ita tamen Actis creditur, ut admittatur Probatio in contrarium, quemadmodum contra publica Instrumenta, si una atque altera Pars ea impugnaverit. Faciunt ergò præsumptionem Juris tantum, non Juris & de Jure simul. Contradicere enim Actis Litigatores possunt, sicubi suspicio est Elogia ex bona fide non esse conscripta, dummodò per plures & meliores Testes hoc faciant, Matth. Wesenbec. ad rubr. Cod. de Judic. num. 143. pag. m. 53. Daniel Moller. part. 2. constitut. 52. num. 5. & seqq. Et debet hæc contraria Probatio liquida, clara & exacta esse, adeò, ut nec jurata contra ea admittatur Litigantium diffessio, Carpozov. lib. 3. Respons. 82. num. 13. & part. 3. decis. 201. num. 3. Berlich. part. 1. conclus. 8. num. 27.

1. §. III. Acta probant inter Partes, eorumque Successores, quia Hæres repræsentat Personam Defuncti, ut cum quâ censetur esse una eademque, *Consil. Marpurg. volum. 4. consil. 25. num. 153. sive sint Primæ sive Secundæ Instantiæ, Dn. Carpzov. in Process. Jur. tit. 13. artic. 3. num. 80. 81. & part. 1. constitut. 16. definit. 22. num. 3. Mynsing. Respons. 18. num. 19. sive dispositivè, sive narrativè, aut enunciativè scripta.*

2. Sunt autem, ut hæc *ὡς ἐν τῷ πῶ* aspergam, verba dispositiva, quæ ferri, & vim obligandi atque disponendi causam habent, Hahn. *ad Wesenbec. Paratitl. Pandect. de jurejurand. pag. m. 493. vel, ut ea describit Barschamp. in Radice Clausularum cap. 15. num. 1. pag. m. 360. Verba dispositiva dicuntur ea, quæ ab homine sibi valente præjudicare, & animum disponendi habente, proficiscuntur, proinde etiam dicuntur stare per se, & principaliter emanare propter se. Narrativa sive enunciativa verba Hahnio *citat. loc. vocantur, quæ simpliciter sine mysterio & pondere adjiciuntur, Barschamp. allegat. loc. sunt, quæ non proficiscuntur ab habente animum disponendi, nec stant per se principaliter, sed potius pro alio incidenter: ubi hasce descriptiones Exemplis declarat, idem Respons. 9. num. 6.**

Sed nunquid verba enunciativa aliquorum Actorum in Instrumento probent illa intervenisse? v. gr. dicit Notarius in Instrumento: viso Libello, visâ Litis contestatione, vid. Lanfranc. *ad Cap. Quoniam. 11. X. de Probation. num. 31. & diximus supra de hoc puncto.*

Sive in Judicio Seculari, sive Ecclesiastico ventilata, Althuf. *Dicaolog. lib. 3. cap. 41. num. 23. siquidem in uno Judicio facta probant (inter easdem Personas) in alio, Consil. Marpurg. volum. 3. consil. 21. num. 223. & volum. 4. consil. 25. num. 163. Mascard. de Probation. volum. 1. conclus. 33.*

1. §. IV. Hæc tamen sicut & præcedentia exaudienda (1.) de Actis Civilibus, non verò Criminalibus. Nam Acta Civili Judicii non plenè probant in Causis Criminalibus, eo quòd illa clariores Civilibus requirant Probationes, Mascard. *de Probation. volum. 1. conclus. 34. num. 3. licet Indicium ad Torturam faciant, & ita Confessio in Judicio Civili facta in Criminali præjudicet, secundum Althuf. Dicaolog. lib. 3. cap. 41. num. 24. confer. citat. Mascard. de Probation. part. 1. conclus. 34. ubi per Ampliationes & Limitationes hunc casum tractat. Althufius *citat. loc. num. 23. extendit hoc ad Causam Civilem arduam, quam Doctores Criminali æquiparant.**

(2) De Actis gestis in ordinario Judicio, secus in summario, nisi Probationes summarii plenæ essent, Mascard. *de Probation. volum. 1. conclus. 33. num. 49. & seqq. Althuf. dict. loc. Carpzov. in Process. Jur. tit. 13. artic.*

artic. 3. num. 81. & seqq. ubi num. 84. tale narrat præjudicium in præsentis Facti Specie ferri consuetum: Die weil Beklagter auf erhobene Klage geantwortet / und derselben nicht geständig; So ist Kläger den Grund seiner Klage innerhalb Sächsischer Frist / wie recht / zu erweisen schuldig / dazu ihm die Beweisung voriger Instanz des Possessorii sich gebührlich zu gebrauchen unbenommen.

(3.) Limitatur in illis Actis, quæ coram Judice Jurisdictione munito celebrata sunt, secus quæ coram Arbitro & Arbitratore, German. *willkührliche Schieds-Richter / gültliche Unterhändler / gesta, quia illi Jurisdictione destituuntur, Causas Litigantium duntaxat cognoscunt, & Concordiam inter ipsos tentant, Carpzov. in Process. Jur. tit. 2. artic. 4. num. 57. Besold. Disputat. de Process. Judiciar. cap. 6. thes. 6.*

§. V. Progredimur ad tertium Membrum: An & quatenus 1. Acta contra Tertium probent?

Acta contra Tertium non probare, ait Matth. Wesenbec. *part. 1. consil. 12. num. 108. & consil. 13. num. 54. Consil. Marpurg. volum. 3. consil. 32. num. 56. quia res gestæ inter alios aliis non valent præjudicium generare, l. 1. & tot. tit. Cod. res inter alios acta, vel judicata, alios non nocet. Bornit. de fide Instrumentor. lib. 3. cap. 7. ad instar confessionis, quæ Tertio non obest, Consil. Marpurg. volum. 4. consil. 17. num. 136. per rationem ibidem positam.*

Hinc Acta Furti probati contra Depositarium, non probant contra ipsum Furem, Mascard. *de Probation. volum. 1. conclus. 33. num. 46. Præsumptionem tamen facere Acta contra Tertium, statuit Menoch. lib. 2. presumpt. 46. num. 24.*

Dantur tamen etiam casus, in quibus Acta plenè probant contra Tertium, videlicet (1.) quando Tertius habet Jus Commune cum Jure illius, qui fuit in lite, Mascard. *de Probation. volum. 1. conclus. 33. num. 24. & seqq. adde Dn. Carpzov. in Process. Jur. tit. 16. artic. 4. num. 24. ubi tractat, quando Sententia lata etiam Tertio noceat.*

(2.) Quando Acta gesta fuerunt in Judicio Contradictorio, cum legitimo Contradictore, Mascard. *de Probation. volum. 1. conclus. 667. num. 37.*

Huic annectimus casum eum, quo Acta inter alios confecta, Tertio profunt, ut quando Pars aliqua in iis aliquid fatetur, quod Tertio utile est; Hæc enim Confessio, licet coram Judice incompetente facta, ad instar extrajudicialis, semiplenam probationem inducit, *Mev. part. 7. decis. 154. quæ per hujusmodi Acta verificari potest, Ottolph. Fomann. Dissertat. de Confessione thes. 17.*

§. VI. Sed occasione hujus pulchra se offert Quæstio: An Judex, 1. coram quo ejusmodi Acta fortè in alio puncto producta sunt, si ex iis animadvertat

Confessionem Partis in lite vertente aliàs in occulto latentem, esse manifestam, eandem, licet Pars non allegaverit, in Conceptione Sententiæ attendere debeat? Quam affirmativè resolvit Mev. citat. part. 7. decis. 5. Rationes maximi momenti pro negativa facientes, diluendo, quem in hoc casu occurrente evolvisse non pigebit.

CAPUT X.

De Fide Librorum Judicialium.

SUMMARI A.

- §. I. 1. De Librorum Judicialium Fide cur hic agatur? 2. Libri Judiciales potiores sunt in Materia Civili. 3. Protocollum quid? 4. Libri Contractuum, Handels-Bücher. 5. Consens-Bücher. 6. Recess-Bücher / Hülfss-Bücher / Vormundschaft- und Testament-Bücher / Brieff-Bücher. 7. Hader- und Straf-Bücher.
- §. II. 1. Libri Judiciales plenam fidem faciunt. Limitatur hoc. Libri Poenarum (Straf-Bücher) contra Punitos plenè probant, non verò contra Tertium.
- §. III. 1. Erb-Zins- und Lehen-Bücher in den Adelichen Gerichten / an & quatenus fidem mereantur, & quando suspecti? 2. Antiquitatis magna auctoritas. 3. Antiquitas à quo tempore aestimetur. 4. Steuer-Bücher.

§. I.

1. Quoniam Libros Judiciales, Gerichts-Bücher / Actorum vocula, specialiter accepta, comprehendi, *suprà* Cap. I. num. 3. diximus, sicco planè pede illos transire nolimus, sed de illorum fide paucula tractare voluimus; non enim rarò usu venit, ut de eorum validitate quæstio moveatur. Varii autem in Loco Judicii reperiuntur Libri, pro varietate negotiorum in eo tractatorum. Potiores in Materia Civili sunt: Protocollum, Gerichts-Protocoll: res brevioris momenti consignatas, & absque longo sufflamine litis decimas continens, Libri Contractuum, Handels-Bücher / (per quos tamen non intelligimus 4. Libros Mercatorum, qui etiam Handels-Bücher vocantur) cui inserti sunt Contractus Emptionum Venditionum, Permutationum, Cessionum, Dationum in solutum, judicialiter celebrati aut denunciati, Consens-Bücher / qui comprehendit Hypothecarum Constitutiones, item Fidejussiones, à Debitore Creditoribus per affecurationem debiti datos, Recces-

Recess-Buch / Executiones factas complectitur, Vormundschaft- und Testament-Bücher / Tutelarum & Curarum Constitutiones, item ultimas Voluntates, quocunque etiam nomine indigentur, exhibentes Brief-Bücher / in quibus inveniuntur Literæ alicujus Civitatis, seu Judicii ad aliud exarata, de quibus consule Wehner. *in Observat. Practic. sub vocab. Bücher. §. 4. pag. 63.*

In Materia Criminali, Hader- und Straf-Bücher / Nomina Punitorum, præstias Urphedas, Multas solutas continentes, &, quæ hujus generis plures alii, pro consuetudine & amplitudine Judiciorum requiruntur. Nobis tantum præcipuos nominare animus fuit.

§. II. Hi Libri omnes, qui uno nomine Gerichts-Bücher appellari possunt; (quamvis haud ignorem Wehner. *in Observat. Pract. §. 9. allegat. pag. 63.* illos Gerichts-Bücher vocare, in quibus Actus voluntariæ Jurisdictionis inscripti reperiuntur) quin plenam probationem efficiant, non ambigimus; siquidem contenta eorum cum consensu & approbatione Partium, prævia cognitione causæ aliquali seu necessaria inscribuntur; licet nulla subscriptio Partium accesserit, aut desuper Instrumentum confectum fuerit, Mev. *part. 2. decis. 107.* cum Limitation. *suprà* Cap. IX. posita. Hoc tamen exauditum volumus de eo casu, cum quæstio incidit, de negotiis inter Partes gestis & bona fide hisce Libris insertis, secus quando inter duos oritur lis de Jurisdictione superiore, vel inferiore, wegen der Ober- und Nieder-Gerichte / uno contra alterum pro fundanda intentione sua hujusmodi Libros producente, & per illos eandem plenè probare intendente, tunc enim hi non sufficerent, sed plenior à producente demonstratio requireretur, maxime in Peritorio, Wehner. *in Observat. Pract. sub vocab. Bücher. §. 5. pag. 63.* ubi tradit: Libros Mulctarum & Poenarum plenè probare contra Punitum & ejus Hæredem; secus contra Tertium, cum de mero Imperio seu Jurisdictione superiore lis est, Befold. *Theaur. Pract. voc. Pfand. pag. m. 457.* Sunt enim ejusmodi Probationes domesticæ, & ideò parva fides eis tribuenda.

§. III. In Judiciis, præsertim Nobilium, plerumque etiam asserantur Libri Censuales, Syllabum Servitorum Rusticorum, nec non Prædiorum Emphyteuticorum & Censiticorum, item Jura Recognitionum seu Investiturarum exhibentia, Germanicè Erb-Zins- und Lehen-Bücher / in horum fidem, quamvis quodammodo extra oleas, etiam strictim inquirere lubet. Non enim rarò accidit, ut hujusmodi Libri in dubium vocentur, non saltem à Subditis ipsis Prædia Emphyteutica & Censitica recognoscentibus, & ad certa Servitia obligatis, sed etiam & maxi-

maximè à Tertio, qui simile Jus in illis præterdit, *der sein Stück Gutß auch vor sein Zins und Leben außgibt*; quo casu Officiales Nobilium pro hisce Libris, tanquam pro aris & focis acriter pugnare, & interdum ne latum quidem unguem ab iis recedere solent, ejusmodi Libros pro Foliis Sibyllinis venditantes. Et dubium non est, hos Libros, quando in præsentia Subditorum & Testium à Persona legali, seu Notario Publico confecta sunt, ita ut unusquisque eorum Bona sua, quæ Jure Emphyteuscos, vel Censù à Domino directo recognoscit, ipsemet professus fuerit, & servitia inibi descripta approbaverit, aut ad minimum debito modo citatus sine justa causa non comparuerit, plenam fidem, propter approbationem expressam vel tacitam inducere, Carpzov. *Respons. Jur. Elector. lib. 1. tit. 7. respons. 62. & seqq.* ubi de hisce Libris ex professo agit Daniel Moller. *lib. 4. Semestr. cap. 37. num. 12.* Mascard. *de Probation. volum. 1. conclus. 273. num. 3. & 18.* qui ultimus, licet citato loco de Catastro loquatur, quin tamen propter rationis identitatem etiam ad Libros nostros extendi possit, non ambigimus. Multò magis autem hæc assertio procedit, si Subditi desuper Juramentum præstiterint, de quo casu Dn. Carpzov. *part. 2. constitut. 4. definit. 6. & dict. lib. 1. tit. 7. respons. 62.* loquitur.

Econtra si ex illis, neque quo tempore, neque quibus præsentibus, neque à quo scripti sint, appareat, pro privatâ Scripturâ habentur, & proindè contra Subditos, Emphyteutas & Censuarios modicum probant, imò nec simplicem probationem faciunt, Franzk. *de Laudem. cap. 4. num. 30.* Hoc tamen cum ipso ita limitamus, nisi Libri isti sint antiqui, idem *cit. loc. num. 32.* Carpzov. *dict. lib. 1. tit. 7. respons. 63. num. 3.* ubi plures Exceptiones congestas reperies, & hoc casu semiplenam probationem constituunt, Mascard. *de Probation. volum. 1. conclus. 105. num. 6.* 2. *Authoritas enim Antiquitatis magna est, & vim Legis habet, idem volum. 1. conclus. 237. num. 15.* Ex quo tempore tamen Antiquitas æstimetur, variant Doctores, quidam illorum dici volunt Antiquum, quod attingit spatium centum Annorum, *Consil. Marburg. volum. 1. consil. 16. num. 51. pag. m. 145.* quidam esse volunt, quod centum Annorum tempus excedit, ut patet ex Matth. Wesenbec. *part. 1. consil. 12.* ubi ait: Illud dicitur Antiquum, quod ætatem centum Annorum excedit. Rectius Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst.* varias variorum de hoc themate recensendo opiniones, committit hoc Judicis Arbitrio, *lib. 2. cas. 3. num. 2.* Mascard. *de Probation. volum. 1. conclus. 103. à num. 1. usque 11.*

Aliter se res habet in casu, quo contra Tertium, similiter in re sive Prædio litigioso Jus Emphyteuticum aut Censuarium præterdentem, hi

hi Libri producuntur, tunc enim ii maximè suspecti habentur, tanquam in causâ propriâ à Litigante productâ, quemadmodum suprâ de Libris, Gesta Judicialia continentibus, & contra Tertium exhibitis, inculcatum fuit: quod intelligendum de Judicio Petitorio; in Possessorio enim Possessorem, qui est in perceptione Canonis, Censù vel Laudemii, & cujus conditio semper melior, quàm Petitoris est, tuebuntur.

Quæ conclusio etiam in Libris Tributorum seu Catastris, *Steuer-Register / Steuer = Umschläge* / similiter in Judiciis Nobilium, Jurisdictione gaudentium frequenter apparentibus, locum sibi vindicat, ut scilicet hi regulariter saltem inter describentem & descriptum Bona sua præviâ Citatione professum, fidem faciant, Lydike *de Jure Catastri thes. 44.* aliàs Catastrum non subsistet, idem *thes. 9.* Secus si contra Tertium producuntur, tunc enim plena fides ipsis non tribuitur, Menoch. *de retinend. Possession. remed. ... num. 570. in fin. pag. m. 201.* Berlich. *part. 1. conclus. 83. num. 82.* Carpzov. *part. 1. constitut. 16. definit. 25. num. 2. 3.* ubi *num. 6.* subjicit: vix fieri posse, ut non suspecti habeantur Libri publici in causâ propria à Magistratu producti; eadem repetens in *Process. Jur. tit. 14. artic. 5. num. 37. 38.* Mascard. *de Probation. volum. 1. conclus. 273. num. 3. & 8.* ubi excipit cum casum, quo Tertius Scripturæ Catastri adfuit.

CAPUT XI. De Actorum Retentione.

S U M M A R I A.

- §. I. 1. *Præstat habere rem, quàm Actionem ad eam.*
 §. II. 1. *Remedium Retentionis succurrit Creditoribus contra morosos Debitores: multisque competit.*
 §. III. 1. *Beneficium Retentionis præcipuè Advocato consulit.*
 §. IV. 1. *Etiam ejus Hæredibus, quod limitatur, & Limitatio declaratur.*
 §. V. 1. *Actuarius Jus Retentionis an, & in quibus Actis habeat? 2. (1.) Ministris Salaria promerita non deneganda. Ique Jus Retentionis habent. 3. (2.) Beneficium Retentionis fundatum est in securitate debiti. 4. (3.) Maxime quando res est cum potentiori. 5. (4.) Causa Salariorum est summaria, quia aequiparantur Alimentis. 6. (5.) Ancilla permissum est, non discedere ex adibus Domini, antequam sibi debita merces persolvatur. 7. Quanta magis Actuarius Juri suo incumbere potest in Actis retinendis. 8. Objectiones in contrarium resolvuntur.*

§. I.

1. **C**um plus Cautionis sit in Re, quam in Persona, l. plus cautionis. 25. ff. de Regul. Jur. meliusque Rei incumbere, quam Actione eam persequi, scilicet propter Ambages, Expensas, & alias innumeras molestias, quas Litigantes tanquam Pillulas devorare necesse habent, ut loquitur Carpzov. part. 3. decis. 218. num. 7. Nemini vitio vertendum erit, si has Syrtis maximo studio devitet.

Quamvis enim aliàs dicatur, paria esse habere Rem vel Actionem, l. is, qui actionem. 15. ff. eod. tit. & Actio competens dicatur esse in Bonis nostris, l. 52. ff. eod. tit. tamen hæ Leges loquuntur per verbum videtur, intelligitur, & similia fictionem & improprietatem denotantia, quæ à re ipsa immane quantum distant; Experientia enim omnium rerum magistra, testatur, quam longas moras in hac mundi sæce Processus Judicialii post se trahant, ita ut non sæpè eorum ætates vivaces cornicularum longè superent, quas ambages cum benè sciant improbi Debitores, præfractè solutionem debiti declinant, & litem ambabus, quod dicitur, manibus excipiunt, sperantes fore, ut Actor vel ex defectu Sumptuum, vel tædio ejusdem ab ea desistat, vel iniquam Transactionem ineat.

2. §. II. Remedio itaque Retentionis Jura Creditoribus consulere, & eisdem Exceptionem contra talismodi Debitores malitiosos indulgere voluerunt; quo mediante securi sint de credito illudque eò citius faciliusque consequantur, l. si in area. 33. ff. de condit. indebit. Cum autem beneficium hujus Juris ad multas Personas se extendat, ut videre est ex Mognat. tractat. de Jure Retentionis per tot. Althus. Dicaolog. lib. 2. cap. 17. num. 9. & multis seqq. Coler. de Process. Executiv. part. 1. cap. 2. à num. 214. usque 263. Carpzov. part. 2. constitut. 25. per tot. Berlich. part. 2. conclus. 33. Negulant. de Pignor. & Hypothec. part. 5. principal. membr. 4. per tot. pag. m. 570. & aliis; de singulis dicere, ratio instituti non permittit, sed saltem occupati erimus circa eos casus, qui ad nostrum thema quadrant, nimirum de Jure Retentionis circa Acta, Advocato & Actuario, ratione Salarii & Sportularum competente.

3. §. III. Et quidem Advocatum hoc beneficio uti, & apud se Acta eousque retinere posse, donec ipsi satisfiat de Honorario, nullus datur dubitationi locus, Grake de Autoritate privata class. 2. cap. 20. num. 22. pag. m. 211. Et quidem causam retinendi justam ipsi labor tribuit, qui in re retentâ æquiparatur Impensæ in eam factæ, Coler. de Process. Executiv. part. 1. cap. 2. num. 245. & 248. Et hoc fundamento moti Domini Scabini Hallenses, referente Dn. D. Schröter. in Disputat. de Advocatis thes. 22. Anno

Anno 1633. den 26ten Julii, in causa D. Adolph. Marckfussens contra Hans Hermann Rötichens Erben ita responderunt: Habt ihr euch vorm Jahr wegen Hans Hermann Rötichens nunmehr Seel. in eine Bestellung eingelassen / und nunmehr drey Jahr aufgewartet; Als nun gedachter Hans Hermann Rötich verstorben / haben dessen Kinder Vormünder euch solche Bestellung losgekündigt / welche Loskündigung ihr willig angenommen: Weil euch aber an Bestellungen = Geldern 90. Thlr. rückständig verbleiben / habt ihr die schriftliche Bestellung und bey euch habende Acta, vor völliger Abfindung des Rests, von euch zu stellen Bedenken getragen / worüber das Kriegs = Wesen eingefallen / und bey erfolgtem Incendio der Stadt Magdeburg alle eure Sachen / und zugleich auch vorberührte Acta im Feuer aufgangen. Ob nun wohl die Rötichische Vormünder dahero / daß ihr euch des Juris Retentionis gebraucht / die restirende Bestellungen = Gelder abzustatten sich nicht schuldig erachten wollen: Die weilen aber ehe und zuvor euch die schuldigen 90. Thlr. bezahlet / ihr die Acta von euch zu stellen nicht verbunden / sondern befugt / euch des Juris Retentionis zu gebrauchen / und dahero nicht ihr / sondern die Vormünder in mora gewesen / und die Acta ohne euer Verursachen im Feuer verdorben; So haben auch die Rötichische Vormünder solchen Verlust euch zuzuschreiben keine Ursach / sondern sind euch die restirende 90. Thlr. nebst dem Interesse à tempore moræ, ohne Verweigerung abzutragen schuldig / B. N. B.

§. IV. Quo Jure etiam Advocati Hæredes propter residuum Salarii gaudent, Mevius part. 6. decis. 231. num. 3.

Quam assertionem tamen Doctores limitare solent in his Actis, quæ exhiberi Reipublicæ interest, & in illis hoc Jus locum invenire negant, ob hanc rationem non contemnendam; quod semper publica utilitas privata sit præferenda, Carpzov. part. 2. constitut. 25. desinit. 23. ubi tale præjudicium refert:

Hat gedachter Dr. H. P. wegen des eingenommenen Geleits keine gewisse Bestellung mit euch aufgerichtet / nichts desto weniger aber Verheißung gethan / sich gegen euch also zu erzeigen / daß ihr mit ihm zufrieden seyn sollet: So ist er solcher Versprechung nachzukommen / und sich nachmals mit euch zu vergleichen schuldig; Ihr seyd ihm aber die zu oberwehnten Geleits = Sachen gehörige und bey euch noch vorhandene Acta vorzuhalten / und euch des Juris Retentionis zu gebrauchen / gestalteten Sachen nach / weil man dieselbe wegen des Geleits stetig benöthiget ist / nicht befugt.

Ratio decidendi in hac Sententia Informativa est quidem Interesse Reipublicæ, Jus Retentionis limitans, sed concurrat cum hac in præsentis casu etiam Salarii incertitudo, quæ debitum facit maximè illiquidum, adeò ut propterea Retentionis Beneficium, si non planè cessat, dubium tamen valdè redditur.

Pro quo puncto declarando addere placet ex Mevio *part. 2. decis. 16. num. 1. & 2.* illud debitum illiquidum reputari, quod statim non apparet, sed altiore requirit indaginem, ut in casu præcedenti, non apparet de certo Salario, quia nullum est constitutum, sed de futuro constitutum.

Ex quo tamen pergit ille, debitum illiquidum non censendum est ex contradictione vel objectione Adversarii, sed ex fide atque argumentis Crediti, quæ à Judice sunt examinanda: Et nuda negatio nihil proficit. Hactenus ille.

1. §. V. Ex eadem ratione Actuarius Jus Retentionis habet in Documentis Literariis, quæ confecit, aut etiam fidei ipsius concredita sunt, Mev. *part. 3. decis. 332. num. 4.* allegans Molignat. *de Jure Retentionis quest. 159. Coler. de Process. Executiv. part. 1. cap. 2. num. 246.* cui conclusioni etiam nostra Praxis subscribit, & videmus tota die Actuarios Jus Retentionis in Actis particularibus exercere, in quo etiam tuentur.

Cùm verò hoc fiat, ut jam dictum, in Actis particularibus, forsitan in universalibus seu generalibus (quæ voces licet sæpè confundantur & pro eodem sumantur, tamen à se invicem subtiliter discernit Barschamp. *in Radice Clausularum cap. 7. num. 3. 4. & in primis num. 6. pag. m. 168. 169.*) aliud sentiendum dixeris.

2. Fingatur hîc Hypothesis: Minister quidam Dominum suum de Salario debito ipsi solvendo longo ante discessum intervallo crebro admonuit, & ut de ejus quantitate eò certior sit, eidem desuper diversas Liquidationes exhibuit, sperans se satisfactionem impetraturum, præsertim cum ipsi non semel Solutio sine ulla exceptione promissa fuerit, licet sine effectu. Abitu Ministri non solum appropinquante, sed etiam jam instante is ex tergiversatione hac conjecturam faciens, se de Salario suo (præsertim quod ipsi res sit cum moroso difficilique Debitore) periclitari, renuit Acta ipsi concredita ante Solutionem Salarii realem extradere, confugiens ad Clypeum Retentionis eoque se muniens, quaeritur: An eo se legitime tutari possit? Hic fortean quis objecerit, non facile aliquem reperiri, qui Ministro promeritum & confessatum Salarium detrectet, & contra fidem contractus agat, perpendens, peccatum hoc de illorum numero esse, quæ ad cælum clamitant, juxta versum:

Clami-

Clamitat in Cælum vox Sanguinis & Sodomorum,
Vox Oppressorum, Merces detrecta Laborum.

Et ob id non solum Nemesein Divinam provocat, juxta Textus Scripturæ Sacræ sat manifestos: *Deuteron. 24. vers. 14.* Du sollt dem Dürfftigen und Armen seinen Lohn nicht vorenthalten / er sey von deinen Brüdern oder Fremdlingen / der in deinem Lande und in deinem Thor ist / sondern sollt ihm seinen Lohn des Tags geben / daß die Sonne nicht darüber untergehe / dann er ist dürfftig / und erhält seine Seele damit / auf daß er nicht wider dich den HErrn anruffe / und sey dir Sünde. *Levit. 19. vers. 13.* Es soll des Tagelöhners Lohn nicht bey dir bleiben biß an den Morgen. *Tob. 4. vers. 15.* Wer dir arbeitete dem gib bald seinen Lohn / und halte niemand seinen verdienten Lohn für. *Malach. 3. vers. 5.* Und ich will zu euch kommen / und euch straffen / und will ein schneller Zeuge seyn wider die Zauberer / Ehebrecher und Meineidigen / und wider die / so Gewalt und Unrecht thun dem Tagelöhner / Wittven und Waisen / und den Fremdlingen drücken / und mich nicht fürchten / spricht der HErr Zebaoth. *Syr. 34. vers. 27.* Wer dem Arbeiter seinen Lohn nicht gibt / der ist ein Bluthund. Sed etiam existimationem apud cordatos Viros non parum labefactat.

De Nemesei Divina certissima Cancellarius Fuldenfis, Dn. Guilielm. Ignatius Schütz *in suis Reflex. Polit. pag. m. 236.* ita graviter scribit: Es ist ein jeder Arbeiter seines Lohns werth / und kan nicht fehlen / GOTT muß endlich ein Einsehen haben / wann man einem armen Diener das Seine widerrechtlich vorenthalten und nicht zukommen lassen thut. Hactenus ille. Quod Historia sequens, (ut etiam Exempla in Scenam producimus,) non minus horribilis, quam memorabilis, clariùs ob oculos ponit, à Petro Gregorio Tholosano *in suo Syntagmate Juris universi lib. 27. cap. 2. num. 12.* his verbis consignata: Alcinoës ira Minervæ periisse fertur, quam invocavit Nicandra, quod cum deserviisset Alcinoës in arte Textrici, quæ edocta erat, illamque domo expulisset, neque integram Mercedem exsolvisset, cujus ob ultionem ipsa in tantam insaniam pervenit, ut Hospitis peregrini Xanthi Navem sequeretur, relicto Patre Polybio Corynthio, & Amphilocho, Driantis Filio, Marito & Liberis, cujus conscientia se postea in Mare præcipitavit.

Sed ex jam memoratâ Historiâ & querelâ Viri Magnifici constat, nihilominus homines latæ Conscientiæ reperiri, qui posthabitis Sacris & Profanis Legibus Salaria Ministrorum retinent, & iisdem Bona sua augent, ex hoc lucro opimam messem (si Diis placet) sibi somniantes.

Sed à diverticulo, ad viam, unde digressi sumus, revertimur, & ad supra propositam quaestionem affirmativè respondemus hiscemodi rationi-

- tionibus: (1.) Quia suprâ demonstratum est, Actuarius competere Jus Retentionis in Actis sine distinctione, an sint Acta $\left\{ \begin{array}{l} \text{totalia,} \\ \text{universalia,} \end{array} \right\}$
3. an verò particularia, generaliter itaque ea sunt intelligenda; (2.) Quia Beneficium Retentionis fundatur in securitate Debiti, & ejusdem celebriori consecutione, quæ duo Actuarius etiam pro fine habet, & propter illa hoc remedio utitur; ubi autem eadem ratio, ibi eadem Juris dispositio, nec casus, quos necit paritas rationis, quoad Juris dispositionem sunt separandi, Everhard. in Loc. Legal. loc. 13. num. 1. pag. m. 212.
4. Et multò magis (3.) Beneficium Retentionis locum inveniet, quores est cum potentiore & litigioso, cui pares esse non possumus, quique difficulter conveniri & non nisi magnis Sumptibus excuti potest.
5. Accedit (4.) quòd causâ Salarii non tantùm sit de numero summariarum, quæ de plano & sine longo sufflamine litis expediri solent, sed etiam favorabilium, ubi Judex à Mandato sine Clausula inchoare potest, Mev. part. 3. decis. 332. ad instar causarum Alimenta concernentium, quibus homo in hac mortali vita carere nequit. Salaria autem nihil aliud sunt, quàm Alimenta, quæ Minister ad suam Suorumque Sustentationem impendit, Stypmann. de Salar. Clericor. cap. 12. num. 1. & 31. pag. 644. & 649.
6. (5.) Argumento à minori ad majus ducto: Si enim vili Ancillæ de Jure concessum est, non prius ex ædibus Heri discedere, antequam merces debita ipsi soluta est, Carpzov. part. 2. constitut. 25. definit. 22. ubi tale allegat præjudicium: *Das obgedachte Magd oder Haushälterin aus des instituirten oder Testaments-Erben Hauße / ehe und zuvor sie ihres Liebtsohns wegen befriediget / zu weichen nicht angehalten werden mag. Quis*
7. Actuarius vitio vertat, si ratione Salarii sui liquidi huic Juri incumbat, & eo mediante, periculo litis & aliis vexationibus obviet.
- Nec facessit negotium, si quis objicere velit, Judicium Actis semper opus habere, nec iisdem in causis, præsertim inter Litigantes vertentibus, carere posse, quod si itaque Retentio admitteretur, cursus Justitiæ
8. sisteretur, & ita publicæ utilitati præjudicium crearetur. Hoc quidem negari non posse, verùm Actuarium Jure Retentionis, ratione Debiti liquidi sibi competente, utentem, non esse in morâ adeoque nec in culpâ, utpote qui Salario exsoluto paratus est ad Actorum extraditionem, sed Dominus sive Magistratus ipse in causa est, quod hoc modo Jurisdictionalia suspenduntur: Cum enim per Solutionem Salarii Dominus impedimentum hoc facile removere potest, & non facit, utique mora & per hanc damnum Reipublicæ datum ipsi imputabitur. Impedi-

pedimentum siquidem qui non tollit, quod tamen sine difficultate facere potest, is proculdubio culpæ Reus est, l. quibus diebus. 40. in princ. ff. de condition. & demonstration. ideoque omnia, quæ ex eo sequuntur inconvenientia, ei imputanda. Taceo quòd nemini dolus suus patrocinari debeat, multò minùs malitiis hominum indulgendum sit. Si itaque de Jure, ut jam deductum est, Actuarius Beneficium Retentionis in Actis sibi concreditus competit, vix illi Domini factum ejusmodi, quo Actuarius illud Jus non solum præfractè negant, sed etiam eorundem Personas indecoro Arrestationis cingulo ligant, coram Superiore excusare se valebunt, multò minùs Injuriarum Actionem evitabunt.

CAPUT XII. De Affinibus Actorum.

S U M M A R I A.

- §. I. 1. Acta nulla seu invalida. 2. Acta coram Arbitro & Notario gesta quæ probent.
- §. II. 1. Acta apud quem & ubi asservanda.
- §. III. 1. Ordo reponendorum Actorum.

§. I.

Affinitatem cum Actis Judicialibus habent Acta nulla seu invalida, 1. item Acta coram Arbitro Compromissario & Arbitratore, nec 2. non Notario gesta, Acta privata à Partibus proprii usus causâ collecta; Hæc enim quamvis speciem aliquam Actorum præ se ferant, & ita vulgò vocari soleant, tamen hoc minùs propriè fit, præsumptivè tamen talismodi Acta impropria probant, Jctissimus Dn. Carpzov. in Process. Jur. tit. 18. artic. 5. num. 98. & 99.

§. II. Obiter hic addimus, Acta penes Scribam Judicii seu Actuarium manere debere, non penes ipsum Judicem, licet coram illo facta sint, Boër. quest. 15. num. 4. Anton. Faber in Cod. lib. 3. tit. 38. definit. 1. num. 1.

Hodiè apud minorum Gentium Judices Acta Judicii universa asservantur in ipso loco Judicii, in der Raths- oder Gerichts-Stube / aut non procul ab eo in certo Conclavi, Acten-Cammer / Acten-Gewösb appellatum, cujus Custodia pertinet ad Actuarium. Hic curare debet, ut omnia Acta ordine disposita ibi reperiantur, quæ, si præsertim integra & perfecta in Custodiam suam recepit, postea verò ea manca aut planè

planè non appareant, rationem is reddere & Acta restituere obstringitur.

x. §. III. Ordo autem in Actis reponendis, ut quæsitæ faciliùs inveniri queant, is mihi optimus esse videtur, quando ea in certas Cellulas, juxta seriem Alphabeti collocantur, & desuper Index conficitur, in quo prius Actoris Cognomen & deinde Rei consignatur, v. gr. Si quidam petat, sibi communicari Acta inter Hansß Lisse & Bernhard Kurgßalß quondam ventilata, statim Actuarius quærat, quis in hoc Processu Actor fuerit, cum Implorans respondet, Bernhard Kurgßalß contra Hansß Lisse Actionem instituisse, evolvendus Index & quidem in Lit. K. ubi Actuarius hanc Rubricam reperiet: Bernhard Kurgßalß contra Hansß Lisse in puncto v. gr. Injuriarum, quo facto, in Cellula Repositorii Actorum hæc eadem Litera insignita, nullo negotio Acta petita deprehendet, & sic de cæteris.

Apud majorum Gentium Judices loca Custodiæ vocantur Cancellariæ, Cansleyen / Scrinium, Grammatophylacium, Archivum, cui præpositus aliis Archeota sive Archivista vocatur, de qua materia Magnus Dn. Dr. Fritsch, Comes Palatin. Cæsar. & Consiliarius Rudolphopolitanus integrum Tractatum sub Titulo: *De Jure Archivi & Cancellariæ*, Orbi Literario communicavit; ad quem in hac materia confugere potes.

CAPUT XIII.

De Actorum Rotulatione & Transmissione.

S U M M A R I A.

- §. I. 1. *Materia Rotulationis cur hic tractetur?*
 §. II. 1. *Actus Rotulationis magis Usu, quam Jure introductus.*
 §. III. 1. *Rotulatio Actorum quid sit? Et quid in Termino Rotulationis observandum:*
 2. (1.) *Acta manca non transmittenda.* 3. (2.) *Actis nihil inferendum, quod ad ea non spectat.* 4. (3.) *Acta supplenda sunt.* 5. (4.) *Litera super petitione Sententiæ ad desiderium Partium rectè concipienda.* 6. *Judex Collegio nihil prescribere, multò minùs Literas Commendatitias (Tebens Briefchen) addere.* 7. *Potest tamen mentionem Statuti localis de re controversa facere.* 8. *Formula Epistola Petitoria.*

§. IV.

- §. IV. 1. *Effectus Rotulationis.*
 §. V. 1. *Quomodo Acta rotulanda, & an Partes Sigilla sua eis addere debeant?*
 §. VI. 1. *An, si Acta sine prævia Rotulatione à Judice transmissa sint, Sententiæ latae sit nulla? Affirm. Secus in Tribunalibus Superioribus.*
 §. VII. 1. *Transmissionis incommoda, ejuque emolumenta, quæ affert tam Judici, quam Partibus.*
 §. VIII. 1. *Definitio Transmissionis, Collegia variè suspecta esse possunt. (4.) Acta Secunda Instantia ad Collegium, quod Sententiæ in Prima Instantia tulit, non transmittenda.*
 §. IX. 1. *An Judex obstrictus sit Acta transmittere, an potius ei incumbat desuper Sententiæ ferre? Affirm. Præsertim Partibus Transmissionem recusantibus. Excipiuntur casus sequentes: 2. (1.) Quando Judex jubetur Acta transmittere, vel à Superiore vel à Lege: ut in Foro Electorali Saxonico, ubi ad solos Lipsienses Scabinos transmitti jubentur Acta. 3. (2.) Quando Judex Transmissionem semel decrevit. 4. (3.) Si iuxta causam subsistat, cur Judex à ferenda Sententiæ absteineat.*
 §. X. 1. *Partes Locum Transmissioni congruum eligere debent, plerumque propinquus eligitur, præsertim in Criminalibus.*
 §. XI. 1. *Quod si Partes convenire non possunt de Loco, Judicis arbitrio committitur.*

§. I.

Materia Rotulationis & Transmissionis Actorum cum etiam quodammodo objectum nostræ Tractationis sit, oleum & operam fortasse non perdemus, si de ea, aliqua, & quidem potiora brevibus attingamus.

§. II. Etsi autem Actus Rotulationis Actorum usu Forensi magis, quam Jure introductus, & ob id nomine etiam insolenti, & ignotâ Latinitati voce (Rotuli) gaudens, Stypmann. de Referendar. cap. 7. num. 85. plurimis non adeò magnæ curæ, sed passim in super haberi soleat, si tamen probè perpendamus finem & exinde promanantes utilitates, quilibet faciliè sibi persuadebit eundem non de nihilo esse.

§. III. In Termino siquidem Rotulationis, (quæ est definitore Rennemanno in Tractat. de Jure Transmission. Actor. cap. 5. num. 4. Actorum in Judicio à Litigantibus pro suæ causæ commodo productorum, & diligenter collectorum, ad curiosè perlustrandum exhibitio publicè facta, vel juxta Fibig. in Process. eorum, quæ ab utraque Parte fuere proposita, præsentibus Partibus ad hoc specialiter citatis, in ordinem facta collectio) Partes operam dent, ne (1.) Acta manca & imperfecta transmittantur, 2. Stypmann. de Referendar. cap. 7. num. 82. nam, ut supra etiam dictum,

H

manca

manca Acta, manca quoque dant Consilia & Decreta, & Actis semel ad-
dita, invitâ alterâ Parte adimi & reddi non debent, quia Facta sunt pars
eorum, ex productione autem ad Acta, ut præcedente Capite etiam ta-
ctum est, fiunt Scripta ipsorum pars, tanquam ipsis insinuata, *Mev.*
part. 5. decis. 217.

Quamvis apud partiales Judices inusitatum non sit, ut mittant ad
Academias Acta truncata maneaque, & sæpè Calumnias affingant, ut
conqueritur *Oldekop. in Observat. Criminal. observat. 16.*

3. (2.) Ne illis aliquid inseratur, quod non est de Actis; Partis enim
multum interest, ne Actis quippiam addatur, de quo ipsi non constat,
Mev. part. 2. decis. 204. num. 4.
4. (3.) Ut in positionibus, *Rechtlichen Gesegen* / non producta v. gr.
Documenta, ad quæ Pars se retulit, vel omiſſa, ut sunt Folia Actorum,
quæ in dictando moram injicere, & ideò non semper in continenti de-
finiri solent, suppleantur, aliàs Concipiens Sententiam locos illos va-
cuos, non sine damno Partis præteribit, imò Advocatus quandoque ob
hanc incuriam *Mulctæ Reus* fiet.
5. (4.) Ut videat, quomodo Literæ super petitione Sententiæ, *Ur-
theils-Frage* / (hæ enim Litigantibus communicandæ aliàs ob denega-
tionem appellare possunt, *Stypmann. de Referendar. cap. 7. num. 95. ex Ma-
rant. part. 6. de Appellation. pag. m. 476.*) sint conceptæ, an generaliter, ut
decet, an verò cum expressiõne Meritorum, & his circumſtantiarum
adhærentium proque unâ parte facientium, ut nonnunquam accidere
solet.

Judex enim interdum uni Parti æquior est quàm alteri. Quod si
hoc sentiat is, cui per illud præjudicium fieri potest, integrum ipsi est,
contradicere, & ut hæ Petitoriæ generaliter fiant, instare, aut si hoc
obtinere nequeat, apud Superiorem desuper querelam movere potest.

6. Et cum Jctis, ad quos Acta transmittuntur, liberum super con-
troverſia relinquendum sit judicium, haud inde fas est Judici illis præ-
scribere, quomodo Sententiam concipiant, utpote quibus incumbit,
secundùm Acta & Probata judicare.

Hoc igitur præscriptum, quoniam cum præjudicio alterius Partis
& præoccupatione animorum conjunctum est, illicitum erit, *Mev. part.*
3. decis. 40. num. 2. 3. 4.

7. Aliud dicendum, quando super lite decidendâ Statutum Locale
vel Consuetudo certa extat: de quibus Collegium probabilem igno-
rantiam habere potest, tunc enim Judici minimè vitio verti potest, si
de iis in Petitoriis mentionem fecerit, & ea, ut pro Cynosura habeant,
monuc-

monuerit. Hic enim casus de numero licitorum est, quem & probat
Mevius citat. part. 3. decis. 40. num. 5.

Ast quando Judices Actis Epistolas Commendatitias (*Missiven,
Bey- und Neben-Schriften*) addunt, hoc nihil periculosius esse potest,
Stypmann. citat. cap. 7. num. 97. non enim modica suspicio est, se velle
per talismodi Epistolam alteram partem magis juvare, & adversæ cau-
sam imminuere, quod si erumpat, Judex querelam de Partialitate non
agrè feret. Formulam Epistolæ Petitoriæ super Sententia generalem
exhibet *Stypmann. citat. tractat. de Referendar. cap. 7. num. 96.* hujus Tenoris:
*P. P. Nachdem für uns in Sachen A. B. und C. D. beykommende Acta
Gerichtlich verübet: Als übersenden wir euch dieselben / gnädig begehrend /
(ex his verbis patet Principem quendam Sententiam super Actis petiisse)
ihr wollet die mit sonderbarem Fleiß verlesen / reifflich erwegen / und den-
selben ein recht- und billichmäßige Urtheil abfassen / auch uns bey Zeigern /
der euch für eure Mühe ein ziemliches Honorarium einhändigen wird / ne-
benst denen Acten verschlossen zukommen lassen &c. Concisiores pon-
nit *Rennemannus in tractat. de Jure Transmissio. Actor. cap. 6. num. 17. lit. a.
P. P. Wir thun euch beyverwahrt ertliche für uns zwischen A. und B. ergan-
gene Acta übersenden / bittend / dieselbigen fleißig durchzulesen / eines de-
nen Rechten und Acten gemäß verfaßten Urtheils darüber euch zu verglei-
chen / und uns solches benebenst denen Acten gegen die Gebühr verschlossen
wieder anhero zurück zu senden &c. addens: Hanc Formulam, utpote
omnium frequentissimam, ita etiam tutissimam, nullisque fraudibus
obnoxiam esse.**

§. IV. Effectus Rotulationis est, quòd nihil ulterius ad Acta ad-
mittatur, sed rejiciatur, aut, si hoc fiat, cum Clausula: *in quantum de Jure,*
in so weit Rechtens / recipiatur, & alicubi Actis extrinsecus alligatur, *Styp-
mann. de Referendar. cap. 7. num. 95.*

§. V. Ad extremum Acta Chartæ Bibulæ (*Leſch-Papier*) ut
plurimum involvuntur, Filo Cannabino decussatim ligantur, & Judicii
Sigillo muniuntur, cui ut Partes Sigilla sua addant, ceu *Rennemannus
in citat. tractat. de Jure Transmissio. Actor. cap. 5. num. 6. in fin.* tradit: In Foro
nostro quidem receptum non est, quin tamen Judex Litigantibus in
hoc annuere, & per hoc sinistram fortè opinionem, de Actis resignan-
dis, vel iisdem addendis aut detrahendis, præsertim in Causis Crimina-
libus conceptam, remove possit, non ambigo, sed potius ipsi suafor-
sum.

§. VI. Rotulatione peracta Partes deliberant de Actis ad Colle-
gium Sapientum mittendis, de quibus in sequentibus.

In fronte hujus Capitis originem Rotulationis Actorum ex Consuetudine excessivus, operæ pretium erit in quæstionis incudem vocare: An Judex ad Rotulationem Actorum ita sit obstrictus, ut eâ omisâ, Transmissio, & ad Acta lata Sententia vitium Nullitatis incurrant?

Affirmativè hanc resolvere non veremur: (1.) Quia Rotulatio ob commodum Partium, quorum plura supra enumeravimus, est introducta, quod Judex ipsis invidere nequit. (2.) Quia suspicione haud careret, ea prætermittere, quæ Processus requirit. (3.) Et potissima est, quia Judex mores rationabiles receptos observare debet, adeò ut contra faciens Actus vitium Nullitatis incurrat. Sic pronunciatum contra Consuetudinem, perinde laborat Nullitate, ac si contra Legem latum esset, Ziegler. in *Dicastice conclus. 36. §. 15. pag. m. 660.* quia Consuetudo cum Lege pari passu incedit, *l. diuturna consuetudo. 33. ff. de Legibus.* imò quandoque illam vincit; accedit huic Sententiæ Berlich. *part. 1. conclus. 59. num. 13.*

An verò in Superioribus Tribunalibus Actus Rotulationis strictè observetur, scrupulum injicit Mevius *part. 4. decis. 335. num. 4.* ubi dicit: In Superiore Instantia non attenduntur Nullitates, quæ non afficiunt Merita Causæ, sed quod circa hæc factum, subsistit, illis non attentis, adjiciendo, se hoc sæpius (in suo Opere Decisionum frequenter à nobis allegato) monuisse.

§. VII. Primum Membrum hujus Capitis scilicet de Actorum Rotulatione, strictim pertractavimus, nunc de altero, nempe eorundem Transmissione pauca delibabimus.

Etsi verò remedium Transmisionis Actorum multa incommoda comitentur, ut quod (1.) ob impendia, quæ requirit, onerosum, (2.) ob mæras & ambages, quibus litis definitio diu protrahitur, molestum, nec (3.) sine alicujus exorbitantiæ periculo, ob ea, quæ sæpius ex Statutis & Moribus locorum singularibus, in lites incidunt, & præprimis attendi merentur; Jctis autem exteris ignota sunt, Mev. *part. 5. decis. 359. num. 3.*

Affert tamen è contra quædam emolumenta tam Judici, quàm Partibus haud parva.

Judici, forsàn minùs idoneo aut imperito, qui in causis, præsertim alicujus momenti, Sententiam petere, & sic officio suo satisfacere potest; Jurisperitiâ instructo, qui odium partis, quod extimet, evitare potest, Mev. *part. 5. decis. 359. num. 1.* Imò totum Collegium, cum scilicet de casu controverso ob varietatem opinionum non consentit, vel de eo animi hæret, per hoc remedium se expedire potest.

Parti-

Partibus litigantibus Transmissio Actorum etiam proficua est, cum Judex aliquo modo eis est suspectus, verentes ipsum ex gratiâ vel odio erga Partes pronunciatum esse, tunc enim beneficium hoc finistras ejusmodi cogitationes removebit, Ziegler. in *Dicastice conclus. 32. §. 17.* ubi causam Transmisionis Actorum Judicis suspicionem esse statuere vult, Oldekop. *decad. 4. quæst. 8. num. 23. pag. m. 374.*

§. VIII. Hisce de Transmisionis commodis & incommodis generatim præmissis, ad ipsam recto pede procedimus, & describitur à Stypmanno de *Referendar. cap. 7. num. 102.* hoc modo: quod sit Insinuatio Actorum, Collegio Juridico non exempto, per Tabellarium facta; Actorum enim Rotulatione peractâ deliberant inter se Partes, ad quod Collegium Juridicum ea, Sententiæ ferendæ ergò, sint transportanda. In quâ deliberatione summoperè laborant & studiosè cavent, ne Actorum Transmissio ad locum suspectum fiat, quod multis modis contingit, & (1.) quidem, in quo Judex vel Pars adversa vel ipsius Advocatus habet Cognatum, Affinem, Familiarem, vel pars ipsa inimicum sibi unum vel plures. (2.) Potest Pars Collegium ut suspectum, arguere, quod fovet opinionem suæ causæ contrariam vel adversæ amicam. (3.) Collegium id suspectum arguitur, vel quòd pro Partis adversæ favore sive contra Partem alteram, alteri Consilium ante vel Responsum dedit, vel quòd (4.) prius in eadem causâ Solenne Responsum dedit, sed quòd per provocationem à re judicatâ suspensum fuit. Quapropter *Ordinatio Electoralis Saxonica de Appellation. de Anno 1605.* meritò vetuit, Acta Secundæ Instantiæ in illud Collegium, quod in Prima Sententiam tulit, transmitti, hisce Formalibus: *Wann Peinliche oder Fiscalische Sachen vorkommen / daß man die in Unserm Schöppenstuhl zu Leipzig / oder da in Erster Instanz hiebevör daselbst erkannt / an einen andern unverdächtigen Ort zu sprechen verschicken möge;* Ratio, ne Pars, quæ provocavit, ab eodem ad eundem provocare, quod absurdum, cogatur, Rennemann. de *Jure Transmision. Actor. cap. 6. num. 9.* Quamvis enim, inquit Rennemann. *cit. cap. 6. num. 10. lit. b.* religiosus & bonus Judex, si ante forsàn malè informatus, malè in Prima responderit, ex Actis Secundæ Instantiæ postmodum meliùs edoctus, rectiùs respondere debeat. Quia tamen non omnes Jcti sunt Papiniani, non raro fit, ut quo prius modo Responsum in priore Instantia erat consulendo, eodem affectu & præjudicio sint illi ipsi obstricti in Secunda Instantia judicando.

§. IX. Hic præmittenda venit quæstio: An Judex obstrictus sit Acta ad Consilium Sapientum ablegare? an verò ipsi incumbat desuper Decretum ferre? Ad quam Responsio hæc datur, Judicem ipsummet

H 3

regu-

regulariter posse, imò & debere super lite pronunciare, adeoque ad Transmissionem Actorum in Collegium Juridicum minimè obligatum esse, quia hoc ejus officium exigit, vigore cujus Scientia Juris instructus esse, nec aliunde, quid justum aut injustum sit, emendicare debet, ut loquitur Imperator in *Novell. 82. princip.* secus si fiat, Officio suo vix satisfaciet, & Partes Expensis supervacaneis, quas tamen omnibus modis præcavere tenetur, onerabit.

Hinc vitio vertitur Judicibus ejusmodi qui etiam in Causis vilibus & modicis decisiones ferre non audent, sed negotium ad Principem referunt, & ejus Decretum, aut Collegii Sententias desuper petunt, prout conqueritur Serenissimus Saxoniae Elector in *Resolut. Gravaminum, tit. Von Justitien - Sachen. §. 40. in verb.* Sondern alles auf Bericht stellen / und sich manchmal in geringschägigen Punkten Bescheids und Urthel erhalten *tc. pag. in. 70.*

Ex quibus prono tanquam ex alveo fluit, Judicem multòminus, Partibus litigantibus decisioni ejus se submittentibus contraque Transmissionem protestantibus, & sic invitis ad eam properare, ne incertiam suam per hoc prodat, aut etiam in suspicionem uberioris lucelli, quod ex hoc remedio Judices avari anhelare solent, veniat. Quod etiam tunc procedit, quando alterutra Pars ob inopiam Transmissionem recusat, his enim ea minimè oneranda est, sed eventualiter à solo postulante sustinendæ, *Rennemann. de Fur. Transmission. Actor. cap. 9. num. 5.*

Ab hac Regula tamen sequentes Casus excipiuntur, & Judex invitus Acta transmittere tenetur: (1.) Quando is jubetur à Peritis Sententiam petere, ex eo enim, quo Actorum extraneorum Judicio Sententiae facultas data fuit, potestas hæc ipsi adempta est, adeoque contra illam judicans, nulliter pronunciat, *Mev. part. 3. decis. 231. num. 1. & 3.*

Exemplum esto in delegatis Judicibus seu Commissariis, quibus in Mandatis Commissionum plerumque injungitur, ut Acta vel ad Committentis vel ad Collegii alicujus decisionem mittant.

Quæ Conclusio rectè ad Consuetudinem, vim Legis habentem, extenditur, *Mev. part. 5. decis. 110. num. 5.* ubi casum in terminis, ut loqui amant, tractat.

Ad præscriptum Legis sive Constitutionis pertinent in Foro Saxónico Causæ Criminales, in quibus Judices publicæ Lege jubentur Acta ad Collegium Juridicum transmittere, *Carpzov. in Prax. Criminal. part. 3. quest. no. num. 1. 24. & 25.* ubi Sanctionem Electoralem D. Augusti desuper disponentem hisce Formalibus refert: Daß man erstlichen die Verurtheilung *tc. in verb.* Deroselben Aussage in eine ordentliche Registratur

bringe / und die in den Schöppenstuhl / darüber zu erkennen / schieße. Et *Ordinat. Polit. de Anno 1612. sub tit. Justitien - Sachen. §. final.* So wohl auch folgendes sich in denen Schöppenstühlen / des Rechts zu besernen / schuldig seyn. Et quidem, ut ipse *Carpzov. citat. loc. num. 26.* ex fundatione Scabinatus Lipsiensis probare vult, in Collegio hoc solo Sententia peti debet, ubi pro fundanda sua Sententia inprimis hæc verba Fundationis urget: Und damit sonderlich in Peinlichen Sachen keine widerwärtige Urthel gesprochen werden / man auch dessen eine Gewißheit habe: Als wollen Wir hiermit diesem Unserm Schöppenstuhl Macht und Gewalt geben in Peinlichen Sachen allein Urthel zu fällen und zu erkennen / inmaßen dann Wir solches an allen andern Orten abgeschaffet.

(2.) Quando Judex Actorum Transmissionem semel decrevit, tunc enim ab eo, ex suo arbitrio recedere non potest, Judex siquidem Decreto suo à se Sententiae dicendæ facultatem abdicat, dum ad alios refert, inde Jus Partibus quaeritur, quod ipsis invitis auferri nequit, *Mev. part. 3. decis. 40. num. 6.* & variatio in Jure odiosa habetur, ideoque non admittenda, *1. ult. post. princ. vers. tantum enim abest. Cod. de Codicill. Richter. ad Authent. Habit. Cod. ne Filius pro Patre. disputat. 5. pag. 82.* Si tamen nihilòminus Sententiam tulerit, & Judex Superior ex Actis deprehendit, eam esse Juri consonam, & Transmissionem petitam fore supervacaneam, non attentâ contradictione eam confirmabit, *Mev. part. 3. decis. 68.*

(3.) Si justa causa adsit, cur Judex à Sententia dicenda absteineat, inter quas occurrit Partium flagitatio, cui cordatus Judex non facile refragabitur, vid. *Rennemann. de Jure Transmission. Actor. cap. 4. num. 15.* nisi velit se suspectum facere, *Mev. part. 3. decis. 40. in princ.* & Partibus per id gravatis aut alterutri provocandi ansam dare; à negata enim Transmissione Actorum Appellatio recipitur, *Mev. part. 4. decis. 135.* Quæ tamen si petita, à Judice rejecta, & nihilòminus ab eo Sententia (Actis scilicet conformis) lata fuerit, Gravamen sufficiens ad Appellationem recipiendam non præbet, idem *decis. 335.* Cum enim habemus finem, de mediis frustra solliciti sumus, & Jura frustraneos Actus detestantur.

§. X. Quando autem Judex petitioni Partium litigantium de transmittendis Actis in Collegium Juridicum annuit, debent ii propinquum & Jurium Provinciae gnarum locum denominare, & debet propinquus locus, maximè in Criminalibus Causis ad evitandos majores sumptus observari, juxta *Ordinat. Crimin. Caroli V. artic. 219. §. 1. ibi:* Bey denen nächstten Hohen Schulen / Städten / Communen, oder andern Rechts - Verständigen / da sie die Unterrichts mit wenigsten Kosten zu erlangen vermeynen / Rath zu suchen schuldig seyn; *Rennemann. de Transmissi-*

son. Actor. cap. 6. num. 5. lit. a. Abusus enim Transmissionis ad extraneos Jctos improbandus & maximè coercendus est, Mey. part. 5. decis. 339.

Quòd si fortè alterutra Pars remotius Collegium elegerit, cum tamen in vicinia propinquitus non suspectum præstet: illa, sin in eo perseveraverit & Judex non reclamaverit, sumptus itineris in longiorem locum factos, pro ea parte, quâ sumptuosius iter fuit, sola debet ferre, Rennemann. de Jur. Transmission. Actor. cap. 9. num. 7.

1. §. XI. Quod si Partes de Collegio, in quod Actorum Transmissio fiat, convenire nequeunt, Judicis Officium est, se interponere, & eadem quorsum velit, incisiis Partibus ablegare, modo non sit de ejusmodi locis, contra quæ Pars protestata fuit, Rennemann. citat. tractat. cap. 6. num. 14. lit. a. ubi rationem hanc, cur Judex locum à se electum Partibus non aperiat, addit, ne Pars altera contra alteram, apud illos, ad quos Acta sunt transmittenda, machinari queat.

CAPUT XIV.

De Actorum Revisione.

S U M M A R I A.

- §. I. 1. Quid sit Revisio Actorum? 2. In Terris Saxoniciis abrogata.
- §. II. 1. Eique comparatur Super - seu Ober - Leuteratio. 2. Ober - Leuteratio loco Appellationis adhibetur. 3. Ubi locum habeat.
- §. III. 1. Ejus duo Requirita.
- §. IV. 1. Quoad Formam cum Leuteratione convenit, nihilque singulare habet. 2. Formula Ober - Leuterationis, remissivè.

§. I.

1. Latissimus hic campus se offerret, de Actorum Revisione, quæ est remedium extraordinarium, quo in Summis Tribunalibus (imò etiam inferioribus, Suendendörffer. ad Fibig. Process. cap. 2. §. 20.) per Sententiam læsis ex quadam benignitate per Commissarios Imperatoris & Statuum Imperii ad id deputatos, succurritur, Rachel. in Dissertat. de Revisionibus, §. 18. Sed quoniam hoc in Terris Saxoniciis nullum usum habet, utpote quod planè abrogatum novimus, in Nov. Ordinat. Process. Elector. Saxon. tit. 37. §. 1. his verbis: Ob es wohl bey denen / welchen der gewöhnliche Process unserer Lande bekandt ist / gang keinen Zweifel hat / daß auf die ergangene Definitiv - Urtheil weder Supplicationis noch Revi-

Revisionis Remedium an unserm Hof / viel weniger in den Gerichten dieser Lande statt hat etc. & §. Weil wir aber etc. ult. in verb. Und wollen demnach / daß man hinfüro dergleichen Sachen nicht annehmen / noch einigen Process darauf erkennen / sondern die Partheyen davon stracks abweisen soll. Nolumus de eo quicquam proferre, Lectorem cupidum, ad Benderum, qui de hac materia integrum Tractatum conscripsit, & ad Suprema Dicasteria eundem accommodavit, & citatam Rachelis Dissertationem de eodem themate Chilonii 1674. habitam, remittentes.

§. II. Non tamen possumus intermittere quin hinc dicamus, 1. Doctores quosdam Saxonicos beneficium Super - Leuterationis (vocabulum Latino - Germanicum in Foro receptum) Germanicè Ober - Leuterung / cum Remedio Revisionis comparare, & eidem illius effectum tribuere, ut videre est apud Berlich. part. 1. conclus. 49. num. 59. Coler. de Process. Executiv. part. 1. cap. 3. num. 43. Carpzov. in Process. Jur. tit. 17. artic. 5. num. 2. 35. & 43. Suendendörffer. ad Process. Fibig. cap. 2. §. 20. de qua in gratiam novellorum Practicorum pauca delibabimus.

Super - Leuteratio autem sive Ober - Leuteratio sic dicta, quod 2. Leuterationem insequatur, superque eam habeat locum, Carpzov. citat. tit. 17. artic. 5. in princ. vulgò describitur: quòd sit Secunda Leuteratio, vel Revisio Actorum, idem eodem loco. Fibig. in Process. cap. 2. §. 20.

Remedium autem Super - Leuterationis nonnisi in Supremis Curiiis Electoralibus & Ducum Saxonie receptum est, ibidemque practitari solet. Et illis tantum competit, qui in ejusmodi Dicasteriis in Prima Instantia conventi, Definitivâ Sententiâ gravati sunt.

His integrum est, primam Sententiam per Leuterationem à vi Judicati suspendere, & si hæc confirmata fuerit, ad hoc nostrum remedium Super - Leuterationis confugere. In promptu quidem haberet gravatus beneficium Appellationis; verum quia Serenissimi Electores & Duces Saxonie gaudent Privilegio de non appellando, de quo Dn. Benedictus Carpzovius elegantem Discursum divulgavit, ideoque illud hinc locum obtinere nequit. Ne autem beneficio Appellationis (quod 3. Litigatoribus in Prima Instantia concessum) hisce in Tribunalibus in Prima Instantia conventi defraudarentur, & aliis deterioris conditionis habeantur, Super - seu Ober - Leuterationis remedium ejus loco introductum est, quò Merita Cause eò melius discutiantur, si fortè aliquid in Processu Leuterationis neglectum fuerit, sarciantur, & ita Partibus Justitia uberius administraretur.

§. III. Ut tamen Super - Leuteratio admittatur, duo requiruntur: (1.) Ut causa in Prima Instantia in Aula Electorali coepta, vel per

Commissarios Electoris eò sit delata. (2.) Ut in ea definitivè pronunciatum sit; Carpzov. *Respons. Jur. Electoral. lib. 3. tit. 11. respons. 107. num. 15. & 16.* Quod si tamen per Appellationem contra Interlocutoriam ad Supremum Tribunal causa devoluta sit, & Sententia correcta, ita, ut tota causa principalis coram Judice Superiore veniret decidenda, tunc Ober-Leuterationi etiam locus datur, Suendendörffer. *ad Fibig. Process. cap. 2. §. 20. lit. b. ibid. Carpzov. in Process. Jur. tit. 17. artic. 5. num. 21. & seqq. allegat.* Hoc beneficium Ober-Leuterationis hætenus etiam in Episcopatibus (Martisburgensi, Numburgensi & Misnensi) usurpatum est, fidem de eo Berlich. *part. 1. conclus. 49. num. 61. faciente, & præjudicio quodam comprobante.*

1. §. IV. Super- five Ober-Leuteratio nihil singulare habet, sed cum Leuteratione per omnia convenit: eà enim utens, Fatalia eadem, quæ in Leuteratione recepta sunt, ut est Interpositio ejusdem intra Decendum, Imploratio Judicis pro Terminò Prosecutionis, & Prosecutio ipsa justo tempore, observare necesse habet, nisi poenam Desertionis sustinere velit.

Hoc singulare saltem cernere licet, quod loco vocabuli Leuterationis verbum Ober- seu Super-Leuterationis ponatur, Suendendörffer. *ad Fibig. Process. cap. 2. §. 20. lit. b.* Formulas aliquot Ober-Leuterationis tam in Judicio Appellationis, quam Aula Electorali contra Sententias interpositas congeffit Volckmann. in *seinem Notariat-Buch part. 2. cap. 58.* quas ab eo in casibus obvenientibus petere quis potest.

CAPUT XV.

De Relatione ex Actis facienda.

S U M M A R I A.

- §. I. 1. De vocabuli Relationis Homonymia.
 §. II. 1. Relatio aliter fit in Civilibus, aliter in Criminalibus. Item aliter in Prima, quam in Secunda Instantia.
 §. III. 1. Initium Relationis à Specie Facti fit. 2. Hac autem (1.) nudè & sine præjudicio alterutrius Partis referenda ex Actoris Libello & Rei Exceptionibus. 3. (2.) Referenti explorandum, ad quam negotiorum classem Casus controversus sit redigendus.
 §. IV. 1. Necessariò videndum, qua Actio sit intentata, & an ea Casui presenti sit conformis.

§. V.

- §. V. 1. Referens Libellum sedulo examinare debet. 2. Libello non existente Processus (ordinarius) non subsistit. 3. Processus summarius quid sit.
 §. VI. 1. Item Referens tam Judicis, quam Partium Habilitatem sedulo perscrutare debet. An scilicet hi suo, an alieno nomine &c. agant. 2. Nullitas insanabilis qua sit.
 §. VII. 1. De Citatione non adeò sollicitus esse cogitur, nisi in causa Contumacia.
 §. VIII. 1. Litis contestationem verò exactissimè observare debet. 2. In Causis summaris solenni Litis contestatione non opus est. 3. Item de Rei Exceptionibus Peremptoriis ipsi laborandum sedulo.
 §. IX. 1. Probationes, quid ad Processum faciant, quidque circa eas Referendario observandum.
 §. X. 1. In Secunda Instantia quid Referenti considerandum; scilicet 2. (1.) Formalia Appellationis. 3. (2.) Materialia.
 §. XI. 1. Expensarum quoque rationem Relator habere debet.
 §. XII. 1. In Causis Civilibus magna, at majori in Criminalibus circumspèctione opus est.
 §. XIII. 1. Præcipuè in Processu Inquisitorio, qui hodiè fermè remedium ordinarium est. 2. Præsertim in Indicia & Torturam mentis acumen dirigere debet.
 §. XIV. 1. Quid Corpus Delicti. Articuli Inquisitionales quomodo perlustrandi.
 §. XV. 1. De Tortura. Quando ei locus.
 §. XVI. 1. Omnia igitur hæc à Referendario diligenter observanda, & si Probationes obscura sint, ad lenitatem potiùs inclinandum. 2. Expensarum ratio in Criminalibus quando habenda?

§. I.

Relationis vocabulum, ut hoc in antecessum moneamus, multos admittit significatus. (1.) Olim Relationes Propositiones erant, quæ de re aliquâ in Senatu proponebantur disceptandæ, Senatorumque Sententiis determinandæ. (2.) Elogia ea, quæ ab Irenarchis Officialibusque ad Præsides referebantur, l. 14. Cod. de accusatione. Nostrâ ætate in vernacula vocantur Rügen. (3.) Retorsio etiam vocatur Criminalis Relatio. (4.) Accipitur pro Scripto Judicis ad Principem vel Præsidentem, quo in Jure dubitans eum consulit, quid in judicando sequendum sit, quæ alio nomine & Consultatio dicitur, Matth. Stephan. *ad Novell. 125. num. 1.* quæ hodiè per citatam Novellam quidem sublata, sed posterioribus temporibus postliminò quasi revocata est, ita ut hodiè etiam obtineat. (5.) Et in nostro proposito dicitur commemoratio negotii aut litis obvenientis cum adjunctâ Referentis super eo Sententiâ, Stypmann. *de Referendar. cap. 1. à num. 22. usque 43.*

§. II. Relatio autem aliter fieri solet in Causis Civilibus, aliter in Criminalibus, & in illis diversimodè in Prima & Secunda Instantia.

I 2

De

De modis hisce Relationum pauca quaedam in chartam conijcere animus est.

1. §. III. Relationis initium rectè facit Referendarius à Casu sive Specie Facti. Nostri die *Herkommenheit des Haupt - Streits* vocant, quæ absque ullo præjudicio cujusvis recensenda, prout ea à Partibus utrisque proposita fuit, *Besold. in Dissertat. de Modo Referendi thes. 1. in princ.* cum enim Jus ex facto oriatur, l. 52. §. 2. ff. *ad Leg. Aquil.* ex eoquè genus Actionis competens investigandum sit, *Mitzel. in Dissertat. inaugural. de Actor. Lektion. & Relation. §. 13. in fin.* ideoque illud summoperè attendendum, quòd si hoc non fiat, & postea de eo rectè & sincerè referatur, exinde aliud consequi non potest, quàm ut Sententia & Decisio Juris injusta feratur, *Stypmann. de Referendar. cap. 6. num. 8.* unde non malè Ripa in *tractat. de Peste cap. 7. num. 46. pag. m. 270.* Jurisperitum adhortatur, ut sit diligens in benè examinando factum.

Casus autem, sive Facti Species ex intentatæ Actionis Libello, Reique Defensionibus seu Exceptionibus erui potest, *Besold. in Dissertat. de Modo Referendi thes. 1. in princ.* Artificium autem formandi Casus positum est in recensendis omnibus iis Circumstantiis, quæ Jure aliquem effectum habere possunt, ut iis Jus mutetur, aut distinguatur, omittendisque iis, quæ necessaria non sunt, *Calisius in Synopsi Methodica descend. & exercend. Jur. cap. de Consulendo. pag. m. 70.*

3. (2.) Referendarius explorabit, ad quam negotiorum classè Casus controversus redigendus, an nimirum quasi vel verus sit Contractus, an bonæ Fidei, vel stricti Juris, an verò sit Delictum, vel quasi, quæque sit illa, quæ tali negotio primam dederit causam, an illa principalis, an incidens, & si ad illa Casus referri nequeat, an tum ad Rerum Dominia, sive quameunque aliam nominatam, vel innominatam Juris formam reduci possit, *Mitzel. citat. Dissertat. §. 14.*

1. §. IV. Sic ita natura Causæ controversæ indagatâ, jam, quæ Actio fuerit intentata, sedulo inquirat. Est autem hæc non minima pars Scientiæ Civilis ab Advocatis sæpè neglecta, vel à Judicibus malè observata. Actionis verò investigatio utilis & difficillima est, utilis tam Partibus, quàm Judici. Actori, ut Causæ, sive intentionis fundamentum benè perspectum atque cognitum habeat, Reo, ut legitimas Exceptiones objiciat, Judici ipsi, ut ritè sententiam formet, *D. Eichel. in Discurs. Jurid. de Requisit. Advocat. observand. circa competent. Client. Action. investigand. & feliciter obtinend. thes. 12.* *Oldendorp. de investigand. Action. general. tractat. de Exceptionibus insert. pag. m. 340. & seqq.* & qui hoc negligunt, vim Actionis ignorant, ut graviter sentit *Stypmann. de Referendar. cap. 6. num. 26. & 27.*

Nec

Nec minùs Referendarius pensi habebit, an Actio instituta Casui præfenti sit conformis, & si de hoc certus sit, an Actionis Requisita essentialia sint observata, nec ne, de quibus *Oldendorp. in Classibus Actionum suis locis.*

Habet siquidem certum genus Actionis, in omni ferè Processu aliquid singulare, ad quod tam Judici, quàm Litigantibus in quacunque Judicii parte, tanquam ad suam Cynosuram & Helicon respiciendum est, adeò, ut si illud temerè neglexerint, non possint non utrique ad periculosissima Injustitiæ brevia atque Syrtis cum funestissimâ Conscientiæ, Juris, Bonorumque suorum jacturâ allidere, *Mitzel. in Dissertat. inaugural. de Actor. Lektion. & Relation. §. 5.*

1. §. V. Libellus etiam, si obscuritate (quæ ex generalitate & alternatione contingit) aut ineptitudine laboret, (quæ fit, quando nulla in eo petendi causa est, vel, si quaedam in eo apparet, id quod petitur exinde bona consequentia deduci nequeat, *Stypmann. de Referendar. cap. 6. num. 11.*) nullâ declaratione factâ, vitiabitur, & omnia tanquam fundamento superstructa destruet; ideoque Referendarius Libellum oculis intentionibus aspiciat.

2. Libello autem (in quo totius propemodum Processus momentum consistit) planè non apparente, Processus (Ordinarius) nullatenus subsistit, utpote in quo Libellus solennis de substantia requiritur, *Authent. Offeratur. Cod. de Litis contestat. Novell. 53. cap. 3. §. 1. ibi: Modis omnibus offerri Libellum.* Dixi Processus Ordinarius, secus in summatim, in quo tali non est opus, *Saurmann. in Dissertat. inaugural. de Nullitat. Sententiar. thes. 45.* *Joh. Engelbrecht in Paraphrasi ad Clementin. Sapè. de verbor. significat. thes. 33.* sed qualis qualis petitio Actoris sufficit, hic enim Juri Naturali innititur, & Solennitates Juris Civilis respuit, cujus sedes ordinaria est in *Clementina Sapè. de verbor. significat.*

3. Processus autem summatim, ut hoc aspergam, vocatur, in quo Causæ tractantur sine Libello & Juris Solennitatibus, & dicitur inde summatim, quod summatim fiat, & plura in pauca quasi per summam contrahamus, adeoque opponitur ordinario, qui pleniorè Causæ tractationem requirit, *D. Eichel. in dict. Discurs. Jurid. de Requisit. Advocat. observand. circa competent. Action. investigand. thes. 9.*

1. §. VI. (3.) Referens examinabit tam Judicis, quàm Litigantium Habilitatem, illius, an fundata sit Jurisdictio quoad Personas vel Causas, aliàs maxima, imò insanabilis Nullitas prodibit, & ea omnia, quæ coram ipso gesta sunt, annihilabit, *Vantius de Nullitatibus sub tit. de Nullitate ex defectu Jurisdict. &c. 9. num. 1. & 6.* *Lyncker. de Gravam. extrajudicial. cap. 9. part. 2. §. 31. num. 2. pag. 820.*

2. (Dicitur autem Nullitas insanabilis, quæ in Prima Instantia commissa, in Secunda reparari nequit, id est, quæ nullo modo, neque à Judice ex Officio, neque Exceptionibus à Parte propositis sanari potest, Saurmann. in dict. Dissertat. inaugural. de Nullitat. Sententiar. thes. 4.)

Litigantes intuebitur, vel ut Personas proprio, vel alieno nomine comparentes. Si ut Principales adsint, considerabit, an Personam standi in Judicio habeant, nec ne, hujus generis sunt Pupillus, Minor, Furiosus, Prodigus, (Juridicè talis) & de Jure Saxonico Mulier. Cum illis autem quoniam non potest esse Judicium, Processus, ob vitium insanabile, vitiabitur, Lyncker. de Gravam. extrajudicial. citat. cap. 9. part. 2. §. 31. num. 2.

Alieno nomine comparentes, dicuntur Procuratores, Syndici, Tutores, Curatores, Actores. In horum Mandata, Syndicatus, Actoria, sollicitè inquirendum est, quod si eo destituuntur, & nihilominus à Judice admittantur, Processus insanabili Nullitate laborabit, Besold. in Dissertat. de Modo Referendi thes. 4. Lyncker. de Gravam. extrajudicial. cap. 9. part. 2. §. 31. num. 2. pag. 821. adeò, ut talis Exceptio etiam post Sententiam opponi possit, Gail. lib. 1. observat. 47. num. 2. Si verò Mandatum producerint, videndum, an illud sufficiens sit, vel non, aliàs Processus itidem in fumum abibit, nisi defectus visibilis tempestivè Cautione rati suppletus sit.

1. §. VII. De Citatione non est, quod admodum sollicitus sit Referens, quoniam etiam Citatio minus legitima per Comparisonem Citati convalescit, Mynsing. centur. 2. observat. 18.

At, si de Absentiâ, sive Contumaciâ Rei quæstio est, tunc causam habet in eam magis sollicitè inquirendi, quia Citatio est de substantialibus Processus, adeò, ut ea omisâ, is vitio Nullitatis, & quidem insanabilis, affectus sit, Besold. in Dissertat. de Modo Referendi thes. 13. Lyncker. de Gravam. extrajudicial. cap. 9. part. 2. §. 31. num. 2. pag. 821.

1. §. VIII. Litis contestatio cum in Causis ordinariis lapis angularis & basis Judicii sit, exactissimè ea, an scilicet sit, & an ritè facta? excutienda est, ne hujus neglectus Nullitatem generet, Vantius de Nullitatibus, tit. de Nullitate ex defectu Processus &c. 13. num. 28. Joh. Engelbrecht in Paraphrasi ad Clementin. Sapè. de verbor. significat. thes. 49. Mynsing. centur. 3. observat. 74. Gail. lib. 1. observat. 75. cujus naturam Referens exactissimè scire debet, ne illius ignorantia ignominiam aut pudorem incurrat. Quod, ne inaudium hoc esse putet, audiat Ungebaur. quondam In-clytæ Academiæ Jenensis Ordinarij & Professor. Celeberr. b. m. qui in Commentario suo ad Decretales lib. 2. tit. 5. num. 5. pag. 179. refert: Camera

Impe-

Imperialis Assessorem eo nomine fuisse remotum, quod nescierit, quid esset Litis contestatio, ex Rutger. Ruland. de Process. Judiciar. part. 2. lib. 3. ad cap. 1. §. 1. vers. Usque adeò.

In Causis summariis solenni Litis contestatione opus non est, sed Responsio aequalis ad Implorationem Actoris facta, eam repræsentabit.

Litis contestationi cum in Foro Saxonico Exceptiones Peremptoriæ annectantur, Referens eas non per transennam intuebitur, sed benè trutinabit. Hæc enim sunt arma Rei, quibus Actoris impetitiones propellere satagit, & ideò non minus de eorum, quàm Actionis substantiâ ejusque Requisitis laborandum est.

§. IX. Probationes non ineptè dicuntur anima Processus, quippe sine quibus neque Actor suam Actionem, neque Reus suam Exceptionem salvare potest, non tamen pertinent ad substantiam Judicii, sed saltem ad Justitiam. Ideoque si Judex, Parte haud reclamante, Probationes vel planè non admisit, vel eas parùm attenderit, & nihilominus Sententiam tulerit, Pars læsa nullo remedio suspensivo contra eam usus fuerit, sibi hoc imputabit, & nihilominus Sententia vires suas obtinebit. Circa Probationes Officium Referendarii erit, acutè ea contemplari, & benè perpendere: An Actor suam intentionem probaverit, & si hoc factum sit, num Reus per Probationes contrarias hasce eliserit? Et, si de hoc etiam constet, an Actor rursus easdem removerit? Et tunc pro re nata vel ad Condemnationem, vel ad Absolutionem inclinabit. Sin semiplenè tantum probatum fuerit, Juramento Suppletorio, sin verò saltem quædam Indicia contra Reum militent, Juramento Purgationis locus erit.

Reliqua ad Processum spectantia, ut sunt Satisfactio, Guaranda, Conclusio in causa, Rotulatio Actorum, in casu, quo Acta ex arbitrio Judicis, vel ad Implorationem Partium in Collegium Juridicum pro Decisione sunt transmittenda, &c. non est, quod Referendarium nimis remorentur, sed ea tutò præterire potest, nisi Partes ambæ, vel una illarum justo tempore de iis, aut uno seorsim exceperint, aut protestati sint, tunc enim utique in referendo, præsertim, si de hisce punctis discrepetur, in considerationem trahet.

§. X. In Secunda Instantia quando Relatio ex Actis faciendâ, Referens ad Appellationis Formalia & Materialia diligenter reflectat, & imprimis [1.] an Jurisdictio immediatè Superioris sit fundata, & per consequens Appellatio eò devoluta, perpendat. Medio siquidem Judice ab Appellante præterito, Appellatio in Casu Contradictionis non tene-

tenebit, & per consequens effectu devolutivo carebit, sed ad Mediatum remitteretur, Besold. in *Disputat. de Process. Judicialiar. cap. 17. thes. 1. lit. a.* Sicut nec tum Appellatio vires habebit, si casus, de quo illa interposita fuit, non est appellabilis, ut sunt Confessio Partis in Judicio facta, Desertio & Renunciatio Appellationis coram Actis facta, & quæ similes esse possunt; confessi enim & desertores Appellationum hoc beneficio non gaudent. In priori casu, quo Appellatio gradatim non est facta, sed statim coram Supremo Judice interposita, ita pronunciari solet: *Dasß die Appellation noch zur Zeit anhero nicht gehörig*; In posteriori casu, ubi is Appellationem respuit, ita Sententia concipi solet: *Dasß die Appellation nicht zulässig*; Besold. in *Dissertat. de Modo Referendi in Secunda Instantia seu Judicio Appellationis thes. 2.*

2. Appellatione verò ritè devolutà Referens ipsa Formalia Appellationis benè examinabit, an ea sint observata, quæ in hisce consistunt: (1.) An Appellatio intra Decendum facta. (2.) An Apostoli justo tempore petiti & impetrati. (3.) An Inhibitio à Superiore obtenta, & Judici inferiori insinuata. (4.) An Acta Primæ Instantiæ Judici Superiori justo tempore præsentata. (5.) An Fatale Justificationis sit observatum, horum enim uno aut altero neglecto, Appellatio deserta & ita nullius effectus erit.

3. [2.] Hisce probè libratis ad Materialia descensum faciet, ubi Species Facti formanda, & Actionis natura cum Requisitis denuò expendenda veniet. Nec minùs Legitimatio Personarum, quando Personæ litigantes per Mandatarios comparuerunt, indagabitur, præcipuè autem Relator diligenter animadvertet, an juxta naturam beneficii Appellationis Appellans plus deduxerit, & nova allegaverit, & an illæ causæ ita sint relevantes, ut ex iis prima Sententia reformari possit, quod ex Gravaminibus eorumque Deductionibus dijudicandum, Stypmann. de *Referendar. cap. 6. num. 75. & 76.* Besold. de *Modo Referendi in Secunda Instantia seu Judicio Appellationis thes. 5.*

Relator etiam curiosè intueatur Appellati Defensiones & Refutationes, an hisce Gravamina eliserit, quod si enim de hoc appareat, Sententia prior confirmatur, sin minùs, correctionem ea sustinebit.

Tandem Referendarius quomodo Sententia ferenda & an confirmanda, an reformanda, Collegio desuper judicium suum aperiet, & eò laborabit, ut fututa Sententia sit perspicua, certa & Libello conformis.

2. §. XI. Expenfarum etiam in Sententia curam habebit, tam victoriæ, quam contumaciæ. Has indistinctè Parti, sive victrix sive victa sit, adjudicabit.

adjudicabit. In illas, Appellantem succumbentem condemnabit; Appellato verò litem perdente Expensas compensabit, nisi Appellatus ex calumnia priorem Sententiam pro se reportavit, quem casum habet Zahn. in *tractat. de Mendaciis lib. 2. cap. 98. num. final.*

§. XII. In Causis Civilibus Referendarius omnem quidem lapidem moveat, quo cuncta, quæ ad utriusque partis Jura faciunt, fideliter renunciat, & nihil penitus præjudicio aut damno iis futurum omittat.

In Criminalibus tamen majori circumspectione opus habet, eò quòd majus periculum in iis metuendum, *Cap. ubi periculum. 3. de Electione in 6to.* Agitur siquidem in iisdem non de glande legendâ, non de oleo aut tritico legato, neque de tribus posthumi capellis, sed de vita & sanguine humano, qui semel fusus, quemadmodum in Civilibus, in integrum restitui non potest, & erratum in iis admissum correctionem planè respuit. Benè itaque Ziegler. in *Dicastice conclus. 26. §. 7.* Judici inculcat summam circa Causas Criminales curam & diligentiam hisce verbis: Potissimum verò Criminalia, si oblata fuerint, ea animi attentione agitet, ut nulla omninò, vel levissima culpa ei imputari queat, nec enim in ulla causâ magis detestanda & fugienda festinatio, quam in illa, quæ sanguinem hominis attinet. *Hactenus ille pag. 473.*

§. XIII. Controversiæ autem Criminales, sicut Civiles, duplicem Processum agnoscunt, videlicet Ordinarium, qui aliàs Accusatorius audit, & Summarius, qui Inquisitorius vocatur.

Accusatorius Processus iisdem cancellis, sicut Civilis Ordinarius, includitur, & in ea Solemnia illius observanda sunt, paucis in eo singularibus exceptis, inter quæ est, quòd in Civilibus Libellus continere debet conclusionem, secus in Criminalibus, ubi Lex sive Judex ipse concludit.

Hodiè vel planè non, vel rarissimè Crimina accusatione persequuntur, teste Besoldo in *Dissertat. de Relatione in Causa Criminali faciendâ.* Sed frequentius Inquisitorius Processus usurpatur, adeò, ut is nostris temporibus pro remedio ordinario habeatur.

Et quoniam juxta opinionem Francisci Personal. *tractat. de Indiciis & Tortura ab initio num. 35.* totum Præcos Criminalis fundamentum consistit in materia Indiciorum & Torturæ, Oldekop. in *Apologia contra Consul. & Senat. Civitat. Brunsvicens. pag. 35.* Ideò Referendarius etiam Processum sive Ordinarium, sive Inquisitorium sit, ad ea referre, & mentis acumen dirigere potest.

In Actis namque hujusmodi perpendere necesse habet: An Reus intendat avertere Inquisitionem, dicens eam non habere locum, an verò conqueratur de Captura invalida, vel labore Torturam evitari, aut condemnationi non esse locum demonstrare.

In omnibus hisce Indicia contra Reum militancia à Referendario pensulatiùs excutienda, & secundùm ea vel Processus sustinendus, vel irritandus erit.

Et Indicia suos gradus habent, ita, ut in Capturâ decernenda juxta qualitatem Personæ & Delicti gravia, in Torturâ infligenda graviora, in condemnando Reo gravissima Indicia, vel, ut Jura loquuntur, Probationes luce meridianâ clariores requirantur.

Ad hæc si Referendarius studiosè reflectat, officio suo satisfaciens, nec facilè impinget. Si itaque ex Actis, in quibus Reus adhuc in libertate constitutus, Inquisitionem declinare satagit, Referendarius deprehendat, vel Delictum imputatum non admittere Inquisitionem, vel, si admittat, nulla planè contra eum probabilia extare Indicia, pro ejus Innocentia laborare & eò anniti debet, ut ab Inquisitione absolvatur. Quod etiam ad casum, quo Reus injustè, non apparente scilicet corpore Delicti, tam quoad Personam patientis, quam agentis Carceri mancipatus est, porrigendum venit, maximè, si is paratus est Cautio-nem de Judicio sibi præstare. Nam Inquisitio sine præcedentibus Indiciis formata est ipso jure nulla, & idèò omni effectu destituitur.

i. §. XIV. Inquisitione verò, præsertim ex corpore Delicti (per corpus Delicti autem nihil aliud denotatur, quam Delicti substantia, existentia, vel Delicti facti veritas, & ob id definitur: Existentia turpis facti contra Leges Reipublicæ, Hahn. *Dissertat. de Corpore Delicti thes. 6.*) fundatâ, Articuli Inquisitionales, (quorum quilibet non nisi unicum Interrogatorium continere debet) curiosè perlustrandi, & si Reus in illis Crimen confessus sit, an Confessio pura, an verò qualificata, aut aliis circumstantiis involuta sit.

Si negaverit, an Testes ejusmodi deposuerint, per quæ convictus dicatur, eaque per Defensionem elidere non valuerit. Hic ponderabit Referens, an Inquisito, qui neglexit petere se ad Defensionem admitti, aliqua competat; per quam mitigationem pœnæ consequi valet, quod si animadverterit, illud urgeat, & hoc modo salutem ejus consulat.

r. §. XV. Quando autem ex dictis Testium, aut aliis indiciis Reus ita oneratus est, ut Torturâ veritas eruenda, Indicia contra eum militancia non solum accuratè libranda, sed etiam Inquisitus ad ea resutanda admitti, & num illud præstiterit nec ne, attendendum. Tortura enim,

enim, cum sit res fragilis, sæpèque properatio ad mortem, (eine Brücke zum Tode) & non nisi in subsidium adhibeatur, minimè locum invenit, cum alio modo veritas indagari possit: adeò ut Tortura sine sufficientibus Indiciis Reo inflicta, ipso jure concidat, & pro non facta reputetur, & sic per consequens Inquisito nihil planè præjudicet.

Torturæ autem ut sit locus, indicium (propinquum videlicet) secundùm Sanctionem Criminalem Caroli V. *artic. 23.* duobus Testibus integræ famæ debet esse probatum, aut uno, qui de sensu corpore deponit, *eadem Sanct. artic. 30. verba text. ita sonant: Eine halbe Beweifung / als so einer in der Haupt-Sach die Wiſſerthat gründlich mit einem einzigen guten tügendlichen Zeugen ic. beweifet / das heift und ist eine halbe Beweifung.* Hahn. *ad Wesenbec. Paratitl. Pandect. tit. de Quæstion. & Tortur. part. 2. pag. m. 772.*

Quòd si Tortura ritè inflicta est, effectum suum statim non exserit, sed Confessio per eam elicitâ, ab Inquisito ex intervallo, & quidem extra locum Torturæ, repeti debet. Secus si factum fuerit, Confessio defectum patietur.

Indicia ad condemnandum (scilicet in pœnam ordinariam) ita sint comparata, ut de Crimine nullus planè sit dubitationi locus.

Hinc in Criminibus, quæ sunt Facti permanentis, de eo non ex solâ Confessione Rei, sed liquidò ex evidentia Facti: in iis autem, quæ sunt Facti transeuntis, per conjecturas validas, Carpzov. *decif. 197. num. 27.* aut etiam per Confessionem utriusque Personæ (ut v. gr. in Delictis Carnis) constare debet, aliàs pœna ordinaria non obtinebit, Carpzov. *decif. 90. num. 9.*

§. XVI. Quemadmodum igitur, ut supra monitum, Referens diligenter ad Rei Exceptiones in Causis Civilibus attendere debet; ita vel multò magis officio ipsius congruet, istud in Causis Criminalibus, ob earum gravitatem, observare, Defensiones à Reo susceptas curiosè expendendo, & cuncta, quæ ad illius innocentiam, aut pœnæ lenitudinem conducunt, accuratè rimando, (ubi imprimis Privilegia, Reo circa deductionem Innocentiæ, ratione Testium, & aliarum Probationum non tam rigorosè ab eo exigendarum, attendi merentur, de quibus Carpzov. *in Praxi Criminali. passim & imprimis part. 3. quæst. 5.*) præsertim si ex Actis appareat, Reum ipsum vel ejusdem Advocatum Defensionem oscitanter tractasse, & unum aut alterum, quod conducibile erat, prætermisisse; quo casu (ceu etiam ante à nobis inculcatum fuit) Reum denuò super Jure suo audiri operam navabit.

Probationibus verò obscuritate involutis & admodum dubiis Referendarius propensior sit ad moderatam lenitatem, quam morosam asperitatem, memori mente illud infixum tenens: melius esse misericordiae, quàm crudelitatis reddere rationem, & quòd in dubio debeamus proniores esse ad absolvendum quàm condemnandum.

2. Expenfarum in Criminalibus, quando Reus vel vita exiit, vel poenam Corporis afflictivam sustinet, rationem non habebit Referendarius, nisi earum quæ ad Rei Defensionem spectant, & quidem si habeat, unde solvere queat. Extra supplicium aut poenam corporalem Reus cum multa sumptus etiam in Processum factos refundit, si autem propter inopiam hoc facere nequeat, poena exasperari solet.

CAPUT XVI. De Actorum Contrariis. SUMMARI A.

- §. I. 1. Primum inter Contraria Actorum locum sibi vindicat Interitus Actorum, qui ab allegante docendus est. 2. Probato interitu Actorum causa non statim perditur censetur.
- §. II. 1. Si Acta integra perditur sint, quodnam detur remedium, & si confectis jam novis Actis, antiqua reperiantur, quibus maxime credatur?
- §. III. 1. Si pars Actorum interiit, quid remedii?
- §. IV. 1. Qui Acta mutilat, occultat, intercipit aut distrahit, quomodo teneatur? Et quidem 2. (1.) Judex vel Actuarius Acta negligenter conscribens, ad quid conveniri possit? 3. (2.) Falsificatio Actorum, quomodo in Falsificante puniatur? 4. Dissigillationem Actorum qua poena sequatur? 5. Judex à privata Responsorum resignatione debet abstinere.
- §. V. 1. Nullitas Actorum unde proveniat, scilicet. 2. (1.) Si tempore Feriarum quid agatur? 3. Feria quatuoruplex. 4. (2.) Si tempore nocturno aliquid fiat, excipe casus necessitatis. 5. (3.) Si Acta ab injurato Notario vel Actuario conscribantur. 6. (4.) Si Acta Loco & Tempore careant. 7. (5.) Si Acta cassentur, sive aboleantur, idque vel à Judice vel à Lege. 8. An totalis abolitio Actorum sit Partium arbitrio relinquenda?

Properamus ad ea, quæ Actis adversantur, & Contraria nuncupari solent.

§. I. Inter

§. I. Inter ea refertur (1.) Interitus Actorum vel totalis, vel partialis, qui contingit, Combustione, vel à Muribus absorptione, & aliis modis, qui tamen inprimis docendi, Wesenbec. ad Rubr. Cod. de Judic. num. 145. pag. m. 54. Krüger. in Dissertat. Jurid. de Muribus eorumque damnis cap. 4. §. 9. ubi de damno corrosionis per mures dato. Sed quomodo de hoc fides facienda, videtis Mascard. de Probation. volum. 1. conclus. 88. ubi dicit: Aliquando ad hoc sufficit Juramentum, aliquando ultra illud aliæ conjecturæ intervenire debere.

Probato autem interitu seu amissione Actorum, causa propterea non est deperdita, non enim veritas interitu Actorum convelli debet, l. emancipatione facta. 11. Cod. de fide Instrumentor. Sicut in simili amissione Instrumentorum non nocet, si de Jure Possessoris aliter probari potest, Hippolyt. de Marfil. ad Rubr. Cod. de probation. num. 316. pag. m. 220. fac. b. Sed opera danda est, ut huic penuriae remedio aliquo occurratur.

§. II. Quando itaque Acta v. gr. Primæ Instantiæ casu quodam integrè sunt deperdita, Gail. lib. 1. observat. 134. num. 21. tradit, litem de novo inchoandam esse, cui adstipulatur Lyncker. de Gravam. extrajudicial. cap. 7. part. 2. §. 26. num. 1. & 2. pag. m. 650. quod tamen simpliciter non probat Mevius part. 2. decis. 69. sed expeditius & minùs sumptuosum remedium præscribit, illud citato loco his verbis efferendo: Judicis à quo Officium est, curare, ut Acta Judici Superiori rectè integrèque edantur, ideò, si amissa sint, tenetur summâ diligentiam conquirere, si verò nulli reperiantur, penitus amissa, non statim properandum est ad causam de novo agendam, sed prius citandi utraque Pars, Advocati & Procuratores, alique, penes quos ex Actis quædam esse verisimile est, jubendique hæc exhibere, illis itaque inspectis collatis & congestis redintegratio tentabitur, quæ si obtineri poterit, sufficet sic ex Manualibus, ut vocant, Partium Actis seu Scripturis comportari, dummodò Partes consenserunt illa esse Acta, ut cum ratione nihil opponant, cum autem redintegratio ex iisdem possibilis non est, causa de novo agenda erit, antequam huc devenitur; (pergit ille) illud prius tentandum, & demandanda Judici à quo omnis diligentia in iis conquirendis & digerendis, ubi citat Berlich. decis. 239. dicendo: eundem hunc modum tanquam expeditiorem, probare, qui etiam placere videtur Carpzov. in Respons. Jur. Electoral. lib. 3. respons. 119. à num. 18. usque ad fin. & Process. Jur. tit. 18. artic. 5. num. 92. & seqq. quamvis ibidem de casu, in quo Pars Actorum tantum deest, loquatur; Sed hinc non inutiliter quaeritur: Quando sunt facta Acta alicujus Processus, & postea is perditur, adeò, ut opus sit Actorum novorum conscriptione, deinde confectis novis reperitur

K 3

pri-

primus Processus, quibusnam danda fides, & an in hoc casu credatur primis, vel secundis Actis? Respondet Maranta in *Specul. Aur. part. 6. num. 52.* hoc modo: Quod si nondum est lata Sententia super secundo Processu, creditur primo tantum, & non secundo, & secundum prima Acta debet ferri Sententia, secus si esset Sententia lata super secundis Actis, antequam inventa essent prima. Hactenus ille.

1. §. III. Cum verò Acta ex parte non apparent, & ita sunt manca, quod allegans facile ex inspectione eorundem, ut si v. gr. Citatio, Probationes, Sententia in iis non reperiantur, apparet, Stypmann. de *Referendar. cap. 5. num. 22.* de quibus verum esse solet: Mutila Acta postea etiam mutila dare Consilia & Decreta, idem citat. loc. Rationem hanc subnectendo, quod in Processu sint certi Ordines, qui tanquam in catena annuli coherent, quorum si unus avulsus fuerit, & cætera deficient. Mutilatio hæc si contingat casu aliquo fortuito, remedium præcedens illis complendis perquam idoneum erit, & cum majori fructu adhibetur, Carpzov. citat. *libr. 3. respons. 119.* Si autem dolo vel culpâ Judicis aut Actuarii ea acciderit, pro ratione admissi in eos animadvertendum erit.

1. §. IV. Acta etiam aliis modis intercidunt, videlicet Contrectatione fraudulosa & occultatione. Si lucri causâ quis ea interceperit, fortè ut ea distrahat, & Pecuniam indè redigat, furti, sive veritatis celandæ, Falsi Reus, uterque autem delicto in apricum producto, juxta ejusdem qualitatem poena promerita afficiendus & ad restitutionem condemnandus erit. Quando Crimina adhuc latent, contra Inculpatum autem Indicia urgentia, quæ elidere nequit, militant, non dubium est, quin ipsi Judex Juramentum deferre possit, Lyncker de *Gravam. extrajudicial. cap. 7. part. 2. §. 26. num. 3. & 4. pag. 651.* ubi casum habet, quo pars litigans in suspicionem venit occultatorum Actorum, & ibidem Formulam Sacramenti Purgationis hujus Tenoris ponit: *Sondern ihm/ daß seine Principalen, die vor dem Gericht zu B. so wohl als zu T. vor denen Churfürstlichen Commissariis und Hof-Rath verübte Acta in ihrer Gewalt nicht haben / noch dieselbe mit Gefahrde verbracht / oder auch/ wo selbige zu finden seyn möchten / keine Wissenschaft tragen / eydlich zu be- theuren / und zu solchem Ende von ermeldten seinen Principalen genugsamen Special-Gewalt einzubringen &c.*

2. In casu autem eo, quo Judex aut Actuarius Acta vel planè non, vel non integrè scribere neglexerit, tunc tradunt Doctores Judicem Parti ad Interesse teneri, Stypmann. de *Referendar. cap. 5. num. 23.* allegando Gail. *lib. 1. observat. 134. num. 14. & 15.* item Mynsing. *centur. 1. observat. 11.* & cent-

& centur. 2. observat. 16. Negligentia enim, quæ vel in totum, vel in tantum Jus Partis absorbet, hoc remedium suggerit, & Judici dicam scribit, Carpzov. in *Respons. Jur. Electoral. lib. 4. tit. 5. respons. 40. num. 8.*

(2.) Falsificatio, quæ committitur vel ab Actuario, vel à Partibus, vel ab Advocatis.

Ab Actuario, quando vel dolosè in Acta refert, quod à Partibus non est dictum, vel sciens omittit ea, quæ ab ipsis prolata & ad causam faciunt. Aut Notarius Actorum in iis delet, inducit, cancellat illa, quæ vel utrique Parti, vel uni eorundem, præjudicium afferre possunt. Hæc omnia vel conjunctim vel separatim admissa, Reum poenæ Falsi, ut & Perjurii, dum Juramento contravenit, subjiciunt, quæ pro qualitate criminis remotio ab Officio, vel alia arbitraria est. Quapropter ad omnem falsitatis suspicionem amovendam optimè faciet Notarius Judicii, si omnia in præsentia Judicis vel Assessorum annotet, fideliter registret, & ad Acta redigat, Philipp. in *Observat. ad Decis. nov. Electoral. Saxon. 38. observat. 2. num. 21.*

3. Si verò Falsarius est Collitigator, causâ cadere debet, *l. in fraudem. 45. §. quoties. 7. ff. de Jure Fisci. Zahn. de Attendac. lib. 2. cap. 51. num. 3. pag. m. 249.* Hippolyt. de Marsil. ad Rubr. Cod. de Probation. num. 186. pag. m. 72. Rationem ille talem subjicit, quoniam præsumatur fovere injustam causam, si enim foveret justitiam, non falsificasset Acta, Oldendorp. *class. 1. act. 3. pag. m. 28.* quam poenam idem ad occultantem extendit in *Tabulis Actionum pag. m. 1099. in fine.*

Crimen Falsi quoque extra omne dubium committit Advocatus, qui dolosè Acta falso allegat, negando ea, quæ ipsimet Principales fuerunt confessi, vel quæ in Actis & Protocolis notata reperiuntur, Carpzov. in *Process. Jur. tit. 5. artic. 7. num. 49. & 51.* quorum multa est arbitraria, & aliquando quinque Thalerorum, prout apparet ex Formula pronuntiandi ibidem posita: *Diemeil der Advocat N. N. contra notorietatem Actorum, Gegentheils Legitimation (vel die Publication des Urtheils oder ergangene Registraturen) verneinet / iff er in Fünff Thaler Strafe gefallen / welche unsäumlichen vor ihm einzubringen.*

Similiter Falsi tenetur Advocatus, qui Leges correctas pro decisione fraudulenter citat, *l. 75. ff. de Judic. Stypmann. de Referendar. cap. 5. num. 92. & 93.*

4. (3.) Dissigillatio Actorum Consultori transmissa, Hippolyt. de Marsil. *loc. allegat. num. 188. pag. m. 73.* ubi Delinquenti eandem poenam, scilicet causæ amissionem, dicit: quæ tamen mihi admodum rigida nec delicto correspondens videtur, præsertim, si ex Actis nihil amorum aut

aut aliquid Falsitatis circa eadem admissum, sed causa aperturæ nimium desiderium experiundæ Sententiæ contenta fuerit. Non tamen talismodi curiosum Dissigillatorem poenæ omninò eximimus, sed pro arbitrio Judicis in eum esse animadvertendum existimamus, Hornigk. de Regali Jure Postar. theremat. 28. lit. Z. pag. m. 210. cujus verba hæc sunt: Amplia ut, quod dicitur de Literis, (de quarum interceptione & resignatione quædam dixerat) procedat etiam in eo, qui interceptis & dissigillavit perlegitque Acta causæ per aliquem Judicem disposita, punitur enim arbitrio Judicis, item, quia si quid contra ea vult opponere, non auditur, item Acta quæ non probabant, contra aperientem probant, item præsumitur quis malam fovere causam. Hactenus ille.

5. Occasione Dissigillationis obiter hic monemus, Judicem abstinere debere à resignatione privatâ Responsi Jctorum super Actis petiti, ob suspicionem Favoris vel Corruptionis contra illum militantis, à quo tamen omnis sinistra suspicio abesse debet. Cum enim sæpius mutuo Litigantium consensu soli Jctorum in Dicafterio aliquo fidei, doctrinæ atque authoritati causa concredita sit, absonum videri posset in absentia Litigantium, quid ab iis decisum, expiscari: Sunt verba Dn. Carpzovii part. 3. decis. 243. Bechmann. ad Pandect. tom. 2. part. 2. exercitat. 1. num. 11. pag. m. 9.

1. §. V. (4.) Nullitas, quod enim nullum est, nullum effectum producere potest, & ex non-ente fit non-ens, Zahn. de Mendaciis lib. 3. cap. 8. num. 31. pag. m. 420. & nulliter factum pro non facto habetur, Consil. Marpurg. volum. 4. consil. 45. num. 1. Imò Judex nulliter procedens injustè agere dicitur, cum non minus sit peccatum sine causa condemnare, vel non servato Juris ordine, Stypmann. de Referendar. cap. 5. num. 102. Is itaque summo studio providere debet, ne Acta Judicii reddantur elusoria, Carpzov. in Respons. Jur. Electoral. lib. 2. respons. 55. num. 4. qualia sunt:

3. Primò tempore Feriarum gesta. Sunt autem, ut notum est, aliæ Feriæ in Honorem DEI constitutæ, ut Festa anniversaria & Dies Dominicus, aliæ in utilitatem Hominum introductæ. In illis, cum regulariter strepitus forenses, quamvis partes consentiant, Bechmann. ad Pandect. tom. 1. exercitat. 6. num. 125. pag. m. 195. cessare debeant, aliàs Actus in illis celebratus erit ipso jure nullus, Perez. ad Cod. tit. de Feriis. per l. 7. h. tit. adeò, ut nec Princeps hic dispensare possit, Struv. in Syntagm. Jur. Civil. exercitat. 5. thes. 35. Sequitur exinde necessariò etiam Actorum Conscriptio fieri non posse, nec debere.

Sunt tamen Casus, qui etiam in hisce Feriis (intellige finitis Sacris) tractari possunt ac solent, scilicet miserabilium Personarum, quo pertinent

tenent Pauperes & Carcerati; item Necessitatis, v. gr. cum quid faciendum in Judicio intra certum tempus, quod de momento in momentum currit, cap. 5. X. de Feriis. quales sunt Termini fatales in Causis Probationum, Leutationum & Appellationum, quibus neglectis Jus interiret, aut causa celeritatem desiderat, v. gr. Arrestorum petitio, Carpzov. Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 29. definit. 16. aut tempore evanescere possit, D. Beyer. in Dissertat. de feriat. & profanat. Sabbathi cap. 4. num. 5. D. Fritsch. in tractat. de Messe cap. 8. num. 26. & seqq. inter quæ persecutio Criminorum referri potest, l. penult. Cod. de Feriis. Possunt & iisdem Causæ voluntariæ Jurisdictionis, v. gr. Manumissiones, Emancipationes, Testamentorum Confectiones, & id genus peragi, l. 2. Cod. de Feriis. & ita de iis Acta conscribi. Alia est ratio Feriarum, Hominum causâ, quæ etiam Rusticæ vocari solent, introductarum, ut sunt Messium & Vindemiarum, in quibus Actus Judiciales, partibus haud reclamantibus, expediri possunt, Menoch. lib. 2. præsumpt. 46. num. 24. Marant. in Specul. Aur. part. 6. tit. de Edition. Actorum. num. 36. Sicuti etiam hæc Feriæ non attendi solent, in causis summariis & expeditionem celerem desiderantibus, inter quas ea, quæ Ædificia concernunt; reperire licet, Mey. part. 6. decis. 261. num. 3. 4. 5.

Secundò de Nocte facta, Actus siquidem præsertim contentiosæ Jurisdictionis, ceu quondam Areopagitis mos fuit, Ziegler. in Dicastrice conclus. 32. §. 17. pag. m. 352. de Nocte replicari nequeunt, Ripa de Nocturno Tempore cap. 122. ob sinistram suspicionem, quam Nox (vocata à citato Ripa de Nocturno Tempore cap. 163. num. 7. Symbolum Iniquitatis, Infidelitatis & Ignorantiæ) præbet, Marant. dict. loc. num. 50. adeò, ut pro occultis & clandestinis habeantur, quæ de Nocte fiunt, Wehner. Observat. Pract. voc. Nacht. pag. m. 374. exceptis casibus Necessitatis aut de more expediri solitis, quos Ripa in laudato Tractatu sparsim enumerat: adde Richter. ad l. 20. Cod. de Transaction. num. ult. pag. m. 159. Sic Berlich. part. 1. conclus. 74. num. 100. & 101. notavit, Arrestum de Nocte, si periculum in mora sit, peti & concedi, nec non eodem tempore Sententiam ferri posse; Rationem reddit is, quòd ubi Periculum evidens sit in mora, tunc neque Loci neque Temporis ratio habenda sit, cui adstipulatur Carpzov. Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 29. definit. 16. num. 4. Eodem Necessitatis casu contingente Tempore Nocturno etiam Testamenta, & in genere omnes ultimæ Voluntates condì valent; ita tamen, ut quoniam versamur in suspectis, tria adhibeantur luminaria, aliàs illa non subsistant, ut vult Ripa de Nocturno Tempore cap. 141. in princ. & tribus proximè sequentibus.

Inter Casus permittos refertur etiam Captura Delinquentis, quam Tempore Noctis fieri posse idem tradit.

Similiter Actus Torturæ, qui ut plurimum hisce in Terris de Nocte expediri solet, quod Consuetudini adscribendum, cui ceu matri reverentia habenda. Super omnibus autem hisce Actibus rectè Acta conscribuntur, & suum valorem obtinent.

5. Tertiò Acta ab injurato Actuario scripta. Ut enim fides habeatur hujusmodi Personæ pro forma requiritur ut Juramentum Officii præstiterit, *Churfürstl. Sächs. Neue Gerichts-Ordnung tit. 2. §. Als versehen wir uns ic. in verb. Sondern auch denselben einen tüchtigen und geschickten Notarium &c. denselben sonderlich dazu vereyden ic.* Sed an hujusmodi Acta, à tali Personâ conscripta, & ex post facto per eum desuper Juramento confirmata fuerint, convalidentur? affirmat Philippi in *Consulere. ad nov. Ordinar. Process. Judiciar. Saxon. tit. 2. considerat. 5. per tot.* Rationes obstantes diluendo & assertionem suam Sententiâ Appellationis Judicii Dresdensis subsequente stabiliendo:


In Appellation - Sachen Thomæ Dangigs Actorn Vormunden / jeso ermeldten Dangigs Eheweibs Annen / Appellanten an einem / Anwalden auch Curatorn Annen / Hansen Zugbinger Eheweibs und Consorten, Appellaten andern Theils / erkennen wir: Daß die eingewandte Appellation in ihren Formalien beständig / und zu gebührender Rechtfertigung anhero erwachsen; Die Materialien belangend / würde des Raths zu Düben bestellter Actuarius zu denen Gerichten gebührend schwören / auch daß er Zeit seiner wählenden Bestallung alle / und also auch die in dieser Sachen ergangene Acta treulich und richtig gehalten / vermittelst Körperlichen Eyds bestärcken / inmaßen ihm zu thun obliegt / so erscheinet aus denen Acten allenthalben so viel / daß in Erster Instanz wohl gesprochen / jedoch mit dieser Erklärung: daß Appellantens Eheweib mit denen ihr zuerkannten Unkosten zu verschonen / zu dem Ende diese Sache an vorigen Richter billich remittiret wird / inmaßen wir sie dahin remittiren und weisen.


6. Quartò Tempore & Loco carentia. Nam pro validitate Actorum etiam requiruntur, ut in singulis inseratur Locus, Dies & Annus, in quo celebrata sunt; de quibus *suprà Cap. V. §. II.* latius diximus.
7. Quintò Actis contrariatur eorundem cassatio seu abolitio, quæ est vel legalis & fit à Judice invitâ etiam alterâ vel utrâque Parte, videlicet quando discerpuntur tanquam lectu indigna in poenam atque ignominiam exhibentis, ut sunt injuriosa &c. aut etiam Libellus ineptus, vel conventionalis. Hæc cassatio seu destructio interdum accidit, quando

Partes pertaxæ Processuum Lites, v. gr. Injuriarum, transactione componunt, eâ Concordiæ Lege, per modum Amnestiæ (quæ vocatur Lex oblivionis, quâ nati ex discordiis dolores, iræque sublato vindictæ studio solenni Partium conventionione abolentur, Hippolyt. à Collibus, *Princeps & Consiliarius, cum Notis Naurathii pag. m. 382.*) dictâ, ut Acta, quæ super eâ re excreverunt, ad sepeliendam collisionis perpetuæ memoriam, destruantur atque aboleantur, Wagner. in *Dissertat. inaugural. de Actis publicis thes. ult.*

Sed an hæc abolitio totalis Partium arbitrio tribuenda? negativè 8. resolvit Mevius *part. 7. decis. 193.* per rationes elegantes ibidem adductas. Ubi simul Partibus pro hâc cassatione totali declinandâ, remedium quoddam aperit, quo eis, Actis salvis, nihilominus consultum, & eorum desiderio satisfieri possit. Et si hoc acquiescere nolunt, remittit eos ad Superiorem, Mandatum desuper, quid fieri velit, extrahendum, quem, si lubet, evolvere potes.

T A N T U M.





INDEX RERUM ET VERBORUM,

Quæ in hoc Opusculo continentur;

Quorum primus Numerus Caput, sequens Paragraphum, tertius Numerum lateri adscriptum, ultimusque Paginam denotat.

A.

Acta, ab Ago derivantur, Cap. I. §. I. num. 2. pag. 1.
 Ago, à Græco *ἀγω*. ibid. n. 3.
 Agere, quid in genere significet. ibid. n. 4.
 Acta publica, quomodo antiquitus confecta. ibid. n. 5. p. 2.
 Acta à Gestis & Factis quomodo differant. ibid. n. 6.
 Acta generalissimè generaliter & specialiter sumuntur. ibid. §. II. n. 2. p. 2. & 3.
 Acta, Gesta, Literarum Suppositiones, Commentaria &c. vocantur. ibid. §. III. n. 1. p. 3.
 Acta Græcè *ὑπομνήματα*, Gallicè Regesta. ibid. n. 3.
 Actorum definitio. II. §. I. n. 1. p. 4.
 Acta, alia sunt voluntariæ, alia contentiosæ Jurisdictionis. ibid. §. II. n. 1. p. 5.
 Acta contentiosæ Jurisdictionis vel

sunt Ordinatoria Judicii, vel Acta causæ. Cap. II. §. II. n. 1. p. 5.
 Acta Causæ sunt vel probatoria, vel decisoria. ibidem.
 Actorum essentia, sunt Citatio, Libelli Oblatio &c. ibidem.
 Acta, alia sunt Primæ, alia Secundæ, alia ulterioris Instantiæ. ibid. n. 2. p. 5. & 6.
 Acta, alia Originalia. ibid. n. 3. p. 6.
 alia Copialia. ibid.
 alia publica. ibid. n. 4.
 alia privata. ibid.
 Et quænam dicantur. ibid.
 alia publicata. ibid. n. 5.
 alia non-publicata. ibid.
 alia Civilia. ibid. n. 6.
 alia Criminalia. ibid.
 Appellationis beneficium etiam in Processu Criminali ordinario obtinet. ibidem.
 Actorum causa efficiens primaria sunt Partes litigantes. III. §. I. n. 1. p. 8.
 Secun-

Secundaria causa Judex & Actuarius. Cap. III. §. I. n. 1. p. 8.
 Actuario non licet pro lubitu Acta conscribere. ibid. n. 2.
 Acta requirunt duas Personas, Judicem scilicet & Actuarium. ibid. §. II. n. 1. p. 8.
 Actuarius an necessariò debeat esse creatus Notarius? ibid. n. 2.
 Sine Actuario in Judicialibus nec Judici soli creditur. ibid.
 An Acta à solo Judice consignata subsistant? ibid. n. 5. p. 11.
 An Acta ab Extraneo conscribi possint? ibid. n. 6. p. 12.
 Assessoris Persona respectu Actuarii quodammodò privata est. ibid. n. 7.
 Actorum Materia & Objectum quænam sint. IV. §. I. n. 1. & 2. p. 13. & 14.
 Actorum Causæ sunt Civiles & Criminales. ibidem.
 An Acta etiam in re parvâ seu modicâ conscribere necessè sit? ibid. §. II. n. 1. p. 14.
 Acta an necessariò requirant Scripturam? V. §. I. n. 3. p. 19.
 Acta non aliter quàm per Scripturam probantur. ibid. n. 4.
 Quod in Actis vel Libris Judicialibus non reperitur, dicitur non factum. ibid. n. 5.
 Acta Judicii quando sint valida. ibid. n. 8. p. 20.
 Et consignanda sunt vel Partibus presentibus, vel saltem legitimè citatis, parte instante tamen presente. ibidem.

An Acta extra locum Judicii fieri possint subsistente eorum validitate? Cap. V. §. II. n. 1. p. 21.
 Acta omnibus, quorum interest, sunt edenda. VIII. §. I. n. 1. p. 29.
 Acta sunt dux, lux & vehiculum Veritatis. ibidem.
 Acta Tertio non sunt deneganda. ibid. n. 2.
 Actuarius absque jussu Judicis Acta edere non potest. ibid. n. 8. p. 31.
 Acta in Foro Juris Cæsarei Reo copialiter communicantur. ibid. §. II. n. 4. p. 34.
 In Foro Saxonico ipsi vel Advocato ejus tantùm inspicienda conceduntur præsentè Judice vel Scabino. ibid. n. 5.
 Acta Primæ Instantiæ Appellanti integra & obsignata edi debent, nisi Appellatio ad certum Capitulum determinata sit. ibid. §. IV. n. 1. p. 34.
 Acta quando & quamdiu censeantur integra. ibid. n. 3.
 An Actorum mancorum obtentus contra Sententiam ad Restitutionem in integrum proficiat? ibid. n. 4. p. 35.
 Acta obsignata edenda. ibid. §. V. n. 1. p. 35.
 Si Acta obsignata non sint edita, neutri Parti hoc præjudicat. ibid. n. 2.
 Si in Actis peccatum sit, Judicis non Partium culpam esse, quibus illa nocere non debeat. ibidem.
 Acta in genere an copialiter, an originaliter edenda? ibid. n. 3.

Malè Acta Advocatis à Judice integra domi perlustranda conceduntur. Cap. VIII. §. V. n. 4. p. 35.
 Acta Primæ Instantiæ Appellanti etiam copialiter edenda, & hoc regulariter juxta Jus Cæsareum, in Foro autem Saxonico, præsertim Electorali, secus est, & ratio hujus postremi. *ibid.* n. 5. p. 36. & seq.
 Acta Inquisitionis Generalis regulariter non edenda. *ibid.* n. 12. p. 39.
 Excipe casum pro avertenda Inquisitione, quo Inspectio Actorum conceditur. *ibid.* n. 13. p. 40.
 Acta non à Parte, sed ab Actuario edenda. *ibid.* n. 16.
 Actorum Fides in triplici differentia est. IX. §. I. n. 1. p. 42.
 Acta an præsumantur. *ibid.* n. 2.
 Acta non apparentia quomodo probentur. *ibid.* n. 3.
 Acta per se fidem publicorum Instrumentorum faciunt: Imò sub eorum appellatione continentur. *ibid.* §. II. n. 1. p. 43.
 Quod Actis insertum, illud etiam sine alio adminiculo plenam fidem facit. *ibidem.*
 Acta vim probandi etiam post mortem Judicis habent, modò reproducantur. *ibidem* n. 3.
 Pro Actorum fide regulariter præsumitur. *ibid.* n. 4.
 Acta inter Partes & Partium Successores probant. *ibid.* §. III. n. 1. p. 44.
 Limitatur hoc. *ibidem.*

Acta Judiciæ Civilis non plenè probant in Criminalibus, & quare. Cap. IX. §. IV. n. 1. p. 44.
 Acta contra Tertium an & quatenus probent? *ibid.* §. V. n. 1. p. 45.
 Acta inter alios gesta etiam profunt Tertio, semiplenè probando. *ibid.* n. 2.
 Antiquitatis magna autoritas. X. §. III. n. 2. p. 48.
 Antiquitas à quo tempore æstimator. *ibid.* n. 3.
 Actuarius Jus Retentionis an & quibus in Actis habeat? XI. §. V. n. 1. p. 52. & n. 7. p. 54.
 Objectiones in contrarium resolvuntur. *ibid.* n. 8.
 Acta nulla seu invalida. XII. §. I. n. 1. p. 55.
 Acta coram Arbitro & Notario gesta quid probent. *ibid.* n. 2.
 Acta apud quem & ubi asservanda. *ibid.* §. II. n. 1.
 Actorum reponendorum Ordo. *ibid.* §. III. n. 1. p. 56.
 Actus Rotulationis magis Usus, quàm Jure introductus. XIII. §. II. n. 1. p. 57.
 Acta manca non transmittenda. *ibid.* §. III. n. 2.
 Actis nihil inferendum, quod ad ea non spectat. *ibid.* n. 3. p. 58.
 Acta sunt supplenda. *ibid.* n. 4.
 Quomodo Acta rotulanda, & an Partes Sigilla sua eis addere debeant. *ibid.* §. V. n. 1. p. 59.
 An, si Acta sine prævia Rotulatione à Judice transmissa sint, Sententia lata sit nulla. *ib.* §. VI. n. 1. p. 59. & 60.
 Acta

Acta Secundæ Instantiæ ad Collegium, quod Sententiam in Prima Instantia tulit, non transmittenda. Cap. XIII. §. VIII. n. 1. p. 61.
 Actio quæ sit intentata, necessariò videndum, & an ea casui præfenti sit conformis. XV. §. IV. n. 1. p. 68. & 69.
 Articuli Inquisitionales quomodo perlustrandi. *ib.* §. XIV. n. 1. p. 74.
 Si Acta integra perdita sint, quomodo detur remedium, & si jam novis antiqua reperiantur, quibus maximè credatur. XVI. §. II. n. 1. p. 77.
 Si pars Actorum interit, quid remedium? *ibid.* §. III. n. 1. p. 78.
 Qui Acta mutilat, occultat, intercipit aut distrahit, quomodo teneatur, & quidem *ibid.* §. IV. n. 1.
 Actuarius Acta negligenter conscribens, ad quid conveniri possit? *ibid.* n. 2. p. 78. & 79.

B.

Ullershand Bücher so in Handlungen und Gerichten hinterleget werden. Cap. X. per tot. pag. 46. usque 49.
 An & quatenus illi fidem mereantur, & quando suspecti. *ibidem.*

C.

Causa Criminalis, quomodo Jure Civili, & quomodo Jure Saxonico accipiatur. Cap. II. §. II. num. 6. pag. 7.
 Causæ Civiles & Criminales. IV. §. I. n. 2. p. 13.

Causa modica quæ sit & unde æstimator? Cap. IV. §. II. n. 2. p. 14.
 In Causis Criminalibus Judicis assertioni non credatur, nisi constet ex Actis. V. §. I. n. 6. p. 19.
 Casus Necessitatis quid sit? *ibid.* §. II. n. 3. p. 21.
 Casus Dignitatis *ibidem.* *ibidem* p. 22.
 Quod est contra Conscientiam, ædificat in Gehennam. VI. §. IV. n. 2. p. 27.
 Copia Actorum fieri debet. VIII. §. I. n. 1. p. 29.
 Communicatio Actorum Tertio non deneganda. *ibid.* n. 2.
 Formulæ Compulsoriales petendi. *ibid.* §. V. n. 7. p. 37.
 Si Appellans Compulsoriales petere neglexerit, neque Acta ante vel in Terminò Justificationis producere possit, causa pro desertâ habetur, & finitâ Appellationis Instantiâ, Acta Judici à quo rursus insinuanda. *ibid.* n. 8. p. 38.
 Casus quidam, in quibus Acta non edenda. *ibid.* n. 9. 10. 11. 12. p. 38. & 39.
 De Citatione non adeò sollicitus esse cogitur, nisi in Causa Contumaciæ. XV. §. VII. n. 1. p. 70.
 Litis contestationem verò exactissimè observare debet. *ibidem* §. VIII. n. 1.
 In Causis Summariis solenni Litis contestatione non opus est. *ibid.* n. 2. p. 71.
 In Causis Civilibus magna, ac majori in Criminalibus circumspectio

spectione opus est. Cap. XV. §. XII. n. 1. p. 73.
 Præcipue in Processu Inquisitorio, qui hodiè ferme remedium ordinarium est. ibid. §. XIII. n. 1. Præsertim in Indicia & Torturamentis acumen dirigere debet. ibid. n. 2.
 De Contrariis Actorum. XVI. §. I. n. 1. p. 77.
 Inter Contraria Actorum locum sibi vendicat Interitus Actorum, qui ab allegante docendus est. ibidem.

D.

Defectus Actorum à quo & quomodo probetur. Cap. VI. §. III. p. 20.
 Si nemo ad Defensionem Rei se offerat, Judex ei ex officio succurrere debet. VIII. §. II. n. 3. p. 33.
 Dissigillationem Actorum quæ poena sequatur? XVI. §. IV. n. 4. p. 79. & 80.

E.

Etymologiæ cognitio quare necessaria. Cap. I. §. I. n. 1. p. 1.
 Effectus Actorum varii sunt. Cap. VII. per tot. p. 27. & 28.
 Et faciunt fidem ut publicum Instrumentum. ibidem.
 Editio Actorum describitur. Cap. VIII. per tot. p. 28. usque 41.
 Extraneus quid sit. ib. §. I. n. 3. p. 29.
 Editio Actorum est species Defensionis. ibid. n. 6. p. 30.
 Edere recusans, præsumitur versari in dolo. ibidem.

Formula Implorationis de Editione Actorum à Parte factæ. Cap. VIII. §. I. n. 6. p. 30.
 Idem à Tertio. ibid. n. 7. p. 31.
 An Actorum mancorum Editio, quorum nullus ad Merita Causæ usus est, Nullitatem vel Injustitiam Sententiæ inferat? ibid. §. IV. n. 5. p. 35.
 De Rei Exceptionibus Peremptoriis ipsi laborandum sedulo. XV. §. VIII. n. 3. p. 71.
 Expensarum ratio in Criminalibus quando habenda. ibid. §. XVI. n. 2. p. 76.

F.

Forma dignior est materia. Cap. V. §. I. num. 1. pag. 19.
 Forma Actorum est Scriptura jussu Judicis consignata. ibid. n. 2.
 Folia Actorum Numeris certis notanda. ibid. n. 11. p. 21.
 Finis principalis Actorum est Veritas. VI. §. I. n. 1. p. 26.
 Minus principalis quid. ibidem.
 De Fide Librorum Judicialium. Cap. X. per tot. p. 46. usque 49.
 Falsificatio Actorum, quomodo in falsificante puniatur. XVI. §. IV. n. 2. p. 78. & 79.
 Feriæ quotuplices. ib. §. V. n. 3. p. 80.

H.

Homonymiæ explanatio necessaria. Cap. I. §. II. num. 1. & seqq. pag. 2. & 3.

I.

Judicialis vox unde derivetur. Cap. I. §. I. n. 7. p. 2. Judi-

Judicialis vox quid latè & quid strictè significet. Cap. I. §. II. n. 3. p. 3.
 Judicialis verbum æquipollet apud Acta, coram Actis. ibid. §. III. n. 4.
 Instantia quid sit. Cap. II. §. II. n. 2. p. 5. & 6.
 An Instrumenta vel aliæ Scripturæ in Judicio productæ sint de Actis, eo ipso, quod sint productæ? IV. §. III. n. 1. p. 16.
 An Instrumentum in Judicio productum penes Acta remanere debeat, ita ut Producentis illud repetere non possit. ibid. §. III. n. 1. p. 17.
 Inserta semel Actis invitâ alterâ parte eximi rursus non possunt. ibid. §. IV. n. 2. p. 18.
 Judex Scripta quævis oblata & quovis tempore in præjudicium Partis recipere non debet. ibid. n. 3.
 Judex non debet Acta, Merita Causæ concernentia, post Appellationem recipere. ibid. n. 4.
 Judici asserenti non credatur nisi constet ex Actis. V. §. I. n. 6. p. 19.
 Præsertim in Criminalibus. ibid.
 Jussus Judicis præsumitur ex ejusdem Præsentia & Actuarii Constitutione. ibid. n. 7. p. 19. & 20.
 Judex ex negligentia Acta non conscribens ad quid reneatur. VI. §. II. p. 26.
 Vel si sint manca, & imperfecta. ibid. §. III.
 An Judex secundum Acta & Probata, an verò secundum Conscientiam judicare debeat. ibidem §. IV. n. 1.

Judex inferior tenetur Judici Superiori Acta edere postulanti, etiam citra Appellationem. Cap. VIII. §. I. n. 9. p. 32.
 Inquisitionalia Inquisito ad Defensionem ejus, an & quando communicanda sint. ibid. §. II. n. 1.
 Non solum petenti Reo communicari, sed etiam ultrò debent offerri Acta. ibid. n. 2. p. 33.
 Judex Acta integra edere nolens incurrit suspicionem doli. ibid. §. IV. n. 2. p. 34.
 Contra Judicem à quo, Acta Appellanti denegantem Compulsoriales petendæ. ibid. §. V. n. 6. p. 37.
 Judex de Syndicatu conventus Acta contra se edere non tenetur. ibid. n. 10. p. 38.
 Et quæ sit ratio. ibid. p. 39. in princ.
 Interrogatoria à Reo contra Articulos Probatorias Actoris allata nec à Judice nec Parte Actoris edenda. ibid. n. 11. p. 39.
 Ratio. ibid.
 Informata seu Allegationes Juris, quæ Actis nondum inserta sunt, edi non possunt. ib. n. 15. p. 40.
 Jurata Diffessio Litigantium contra Acta non admittitur. IX. §. II. n. 6. p. 43.
 An Judex Confessionem in occulto latentem, ex Actis manifestam esse videns, eam in conceptione Sententiæ attendere debeat? ibidem §. VI. n. 1. p. 45. & 46.

Judex Collegio Prudentum præscribere, multò minus Literas Commendatitias (Neben-Briefen) addere non debet. Cap. XIII. §. III. n. 6. p. 58.
 Potest tamen mentionem Statuti Localis, de re controversa facere. ibid. n. 7.
 An Judex obstrictus sit Acta transmittere, an potius ei incumbat desuper Sententiam ferre. ibid. §. IX. n. 1. p. 61.
 Excipiuntur Casus quidam. ibid. n. 2. p. 62. & seq.
 Interitus Actorum quid? XVI. §. I. n. 1. p. 77.
 Probato interitu Actorum causa non statim perdita censetur. ibid. n. 2.
 Judex Acta negligenter conscribens, ad quid conveniri possit. ibid. §. IV. n. 2. p. 78. & 79.

L.

Leuteratio an peculiarem Instantiam constituat? Cap. II. §. II. n. 2. p. 6.
 Quod in Libris Judicialibus non reperitur, dicitur non factum. V. §. I. n. 5. p. 19.
 Locus & Tempus Actis inseri debent. ibid. n. 9. p. 20.
 Etiam Hora in iis, quando tempus de momento in momentum currit, addenda. ibid.
 Locus Judicii regulariter ad Actorum validitatem requiritur. ibid. §. II. n. 3. p. 22.
 Patitur tamen hoc exceptionem. ibidem n. 4.

Libri Judiciales potiores sunt in Materia Civili. Cap. X. §. I. n. 2. p. 46.
 Libri Contractuum, Handels-Bücher / Consens-Bücher / Recces-Bücher / Hülfss-Bücher / Vormundschaft- und Testament-Bücher / Brief-Bücher / Hader- und Straf-Bücher. ibid. n. 3. 4. 5. 6. & 7. pag. 46. & 47.
 Erb-Zins- und Lehen-Bücher in denen Adelsichen Gerichten. ibid. §. III. n. 1. p. 47. & 48.
 Libri Judiciales plenam fidem faciunt. ibid. §. II. n. 1. p. 47.
 Limitatur. ibidem.
 Libri Poenarum contra Punitos plenè probant, non verò contra Tertium. ibidem.
 Libello non existente Processus (Ordinarius) non subsistit. XV. §. V. n. 2. p. 69.

M.

Manus propria & Subscriptio Actuarii ad validitatem Actorum Judicialium requiritur. Cap. V. §. I. n. 10. p. 20. & 21.
 Mulier comparatur Regulæ Generali. ibid. §. II. n. 4. p. 22.
 Et fallit. ibidem.
 Ministri Judiciales ob deneganda Salaria Jus Retentionis in Actis habent. XI. §. V. n. 2. p. 52.
 Ancillæ permissum est, non discedere ex ædibus Domini antequam sibi debita Merces solvantur. ibid. n. 6. p. 54.
 Nota-

N.

Notarios creare est de Regalibus Majoribus. Cap. III. §. II. n. 4. p. 10.
 Nullitas insanabilis quæ sit. XV. §. VI. n. 2. p. 70.
 Nullitas Actorum unde proveniat. XVI. §. V. n. 1. & seqq. p. 80. & seqq.

O.

Ober-Leuteratio loco Appellationis adhibetur. Cap. XIV. §. II. n. 2. p. 65.
 Ubi locum habeat. ibidem.
 Ober-Leuterationis duo Requisita. ibid. §. III. n. 1. p. 65. & 66.
 Quoad formam cum Leuteratione convenit, nihilque singulare habet. ibid. §. IV. n. 1. p. 66.
 Formula Ober-Leuterationis. ibid. n. 2.

P.

Processus Criminalis Accusatorius cum Civili Ordinario ferè coincidit. Cap. IV. §. I. n. 3. p. 14.
 In Processu Inquisitorio quamnam constituent Objectum Actorum? ibid. n. 4.
 Persona egregia quæ sit. V. §. II. n. 2. p. 21.
 In Publico comparare invitæ non coguntur. ibid. n. 3.
 Probatio in contrarium admittitur, si modo sit clara & exacta. IX. §. II. n. 5. & 6. p. 43.
 Protocollum quid? X. §. I. n. 3. p. 46.
 Partes Locum Transmissionis congruum eligere debent, plerum-

que propinquus eligitur, præsertim in Criminalibus. Cap. XIII. §. X. n. 1. p. 63.

Quod si Partes convenire non possunt de Loco, Judicis arbitrio committitur. ibid. §. XI. n. 1. p. 64.
 Processus Summarius quid sit? XV. §. V. n. 3. p. 69.
 Probationes, quid ad Processum faciant, quidque circa eas Referendario observandum. ibidem §. IX. n. 1. p. 71.

R.

Rabulæ Registra efflant. Cap. I. §. III. n. 3. p. 3.
 Relatio ex cerebro periculosa est. IV. §. II. n. 3. p. 16.
 Regula in multis fallit. V. §. II. n. 4. p. 22.
 Registratura in Causa Civili, item Criminali. ibidem §. III. n. 1. p. 23. 24. & 25.
 Relationes Commissariorum etiam non promiscuè edendæ. VIII. §. V. n. 13. p. 40.
 Sed saltem Copia Registraturæ sive Protocolli Commissionis. ibid. n. 14.
 Rescripta Principum, item Sententiæ & Testium Depositiones nondum publicatæ edi non debent. ibid. n. 17. p. 41.
 Contrarium in jam publicatis obtinet. ibid. n. 18.
 Præstat habere Rem quam Actionem ad eam. XI. §. I. n. 1. p. 50.
 Remedium Retentionis succurrit Creditoribus contra morosos Debito-

Debitores : multisque compe-
tit. Cap. XI. §. II. n. 1. p. 50.
Beneficium Retentionis præcipuè
Advocato consulit. ibid. §. III.
n. 1.
Beneficium Retentionis consulit
Hæredibus Advocati : quod li-
mitatur & limitatio declaratur.
ibid. §. IV. n. 1. p. 51. & 52.
Beneficium Retentionis fundatum
est in Securitate Debiti. ibidem
§. V. n. 3. p. 54.
Maximè quando res est cum Po-
tentiori. ibid. n. 4.
Materia Rotulationis Actorum cur
hic tractetur? XIII. §. I. n. 1. p. 57.
Rotulatio Actorum quid sit? & quid
in Termino Rotulationis obser-
vandum? ibid. §. III. n. 1.
Rotulationis effectus. ibid. §. IV.
n. 1. p. 59.
Quid sit Revisio Actorum. XIV.
§. I. n. 1. p. 64.
In Terris Saxonis abrogata. ibid.
n. 2.
Eique comparatur Super - seu
Ober-Leuteratio. ibid. §. II. n. 1.
p. 65.
De Relatione ex Actis. XV. §. I. n. 1.
p. 67. & seqq.
De Vocabuli Relationis Homony-
mia. ibidem.
Retorsio quid. ibidem.
Relatio aliter fit in Civilibus, aliter
in Criminalibus, item alia in Pri-
ma, quam in Secunda Instantia.
ibid. §. II. n. 1.
Relationis initium à Specie Facti
fit. ibid. §. III. n. 1. p. 68.

Hæc autem nudè & sine præjudi-
cio alterutrius Partis referenda
ex Actoris Libello & Rei Excepti-
onibus. Cap. XV. §. III. n. 2. p. 68.
Referendarius explorabit, ad quam
negotiorum classem casus con-
troversus redigendus. ibid. n. 3.
Referens Libellum sedulo exami-
nare debet. ibid. §. V. n. 1. p. 69.
Referens tam Judicis, quam Parti-
um Habilitatem sedulo pensu-
lare debet. ibid. §. VI. n. 1.
In Secunda Instantia quid Referenti
considerandum. ibid. §. X. n. 1.
p. 71. & 72.
Relator Rationem Expensarum ha-
bere debet. ibid. §. XI. n. 1.
p. 72. & 73.
Omnia à Referendario diligenter
observanda, & si Probationes
obscuræ sint, ad lenitatem potius
inclinandum. ibid. §. XVI. n. 1.
p. 75. & 76.
Judex à privata Responsorum Re-
signatione debet abstinere. XVI.
§. IV. n. 5. p. 80.

S.

Sententia an sit de Actis? Cap. IV.
§. IV. n. 1. p. 17.
Steuer-Bücher. X. §. III. n. 4. p. 49.
Ministris Salaria promerita non de-
neganda. XI. §. V. n. 2. p. 52.
Causa Salariorum est summaria,
quia æquiparantur Alimentis.
ibid. n. 5. p. 54.
Literæ super petitione Sententiæ ad
desiderium Partium rectè concipi-
endæ. XIII. §. III. n. 5. p. 58.
Tertius

T.

Tertius quis sit. Cap. VIII. §. I.
n. 3. p. 29.
Tertius interveniens ante Actorum
Editionem Interesse suum pro-
bare debet. ibid. n. 4. p. 30.
Qui Interesse docere nequit,
supervacaneum est postulatum
edendi, & de Jure potest dene-
gari. ibidem.
Testamento publicato & Legata-
riis, & Fideicommissariis illius
Copia dari potest. ibid. §. III.
n. 1. p. 34.
Examen Testium Scripturam non
necessariò requirit. IX. §. I. n. 4.
p. 42. & 43.
Transmissionis Incommoda, ejus-
que Emolumenta, quæ affert
tam Judici, quam Partibus. XIII.
§. VII. n. 1. p. 60.

Definitio Transmissionis Actorum.
Cap. XIII. §. VIII. n. 1. p. 61.
Collegia variè suspecta esse pos-
sunt. ibid. & §. IX. n. 4. p. 63.
Tortura quando ei locus? XV.
§. XV. n. 1. p. 74. & 75.
An Tempore nocturno aliquid
fieri possit in Actis? XVI. §. V.
n. 4. p. 81.

V.

Verba dispositiva quæ sint? Cap. IX.
§. III. n. 2. p. 44.
Narrativa seu Enunciativa quæ
sint, & an probent Acta inter-
venisse. ibid. n. 3.
Urtels-Frage / wie die einzurichten.
XIII. §. III. n. 5. p. 58.
Sollen bey denenselben keine Ne-
ben-Briefchen oder Recommen-
dationen geleyet werden. ibidem
n. 7. p. 59.

F I N I S.

